¶ Alij dicũt q substãtia panis que cõuersa est in corpus xpi reuertit. et ex illa generat illud qd fit qñ ista accidẽtia corrũpunt. ¶ Sz nec istud valet nec stare pot. qz tũc sequeret q corpus xpi ouerteret i substantiã panis. Cõsequẽs est incõueniẽs. qz si hoc fieret. tũc corpus xpi mediãte suba panis in quã ouersuz esset ouerteret vlterius in vermes z i cineres. Consequẽtiã pbo. qz sicut si lapis esset cõuersus in lignũ. tũc lapis nunqz posset redire nisi lignũ ouerteret i lapidẽ. sic in ꝓposito postqz substãtia panis ouersa est in corpus xpi. tunc nõ videt q talis substãtia panis possit redire nisi corpus christi ouertat i eã. ¶ P. si reuertit substãtia panis. vel reuertit in ipso instãti quo corrũpunt accidẽtia. vel añ illud instãs. vel post hmõi instãs. Si dicit q in ipo instãti. hoc ẽ impossibile. qz sicut impossibile est rẽ corrumpi in eodẽ instãti quo incipit esse. qz si sic. tũc simul esset z nõ esset. sic impossibile est rẽ corrumpi in eodẽ instãti quo redit ad esse. simul em esset z nõ esset. Esset quidẽ. qz ponit redire ad esse. Nõ esset. qz haberet corruptuz esse. nã cũ corruptio sit instãtanea mutatio. ergo corruptio z corruptũ esse sunt simul in eodẽ instãti. Sz si rediret substãtia panis. tũc corrumperet i instãti quo corrumpunt accidẽtia. als cineres qui vident generari ex accidẽtibus nõ generarent ex tali substantia panis cuz hmõi cineres generẽtur in eodẽ instãti in quo accidẽtia corrumpunt. g si substãtia panis pcise in pdicto instãti rediret. tũc simul esset z nõ esset. ¶ Et cõfirmat. qz redire ad esse est tẽdere ad esse. corrumpi est tẽdere ad nõ ẽ ergo in eodẽ instãti simul tẽderet ad esse et ad nõ esse. ¶ Si redit añ illud instãs. tũc quia corp xpi nõ desinit ibi esse añ corruptiõz pdictorũ accidentiũ. sequit q simul sit ibi substãtia panis cũ corpe xpi. Quod supius est improbatũ. ¶ Si autẽ redit post illud instãs. tũc frustra rediret. qz tunc nihil faceret ad generationẽ taliũ rerũ quevident ex accidentibz generari. cũ vt dictũ est illa generent in eodẽ instãti in quo accidẽtia corrumpunt. ¶ Alij sunt qui dicũt idẽ quod isti. nisi q magis determinate loquunt dicẽtes. q substãtia redit in ipso instãti corruptõis pdictoz accidẽtiũ. hoc tamẽ nõ requirit necessario ipm agẽs naturale corrumpẽs hmõi accidẽtia. ¶ Sz cõtra istud pot argui ex his que iã adduxi ꝓtra opinionẽ prime pcedentez. ¶ P. nulla actio corruptiua eucharistie reqrit substantiã redire. ergo hmõi substãtia i destructiõe accidentium eucharistie nõ redibit. Añcedẽs patz. qz omnis actio ꝓcurrẽs ad pdictã corruptionẽ. vel est actio dei. vl actio naturalis agẽtis. Sz actio naturalis agẽtis nõ requirit reditũ iam dicte substãtie. q̃a vt isti met dicũt. naturale agẽs pot alterare z corrũpere ista accidẽtia etiã si nulla substãtia redeat. ergo mlto minꝰ actõ dei. z p ꝓseqns nulla. Cõsequẽtiã pbo. qz si rediret suba cũ nullius agẽtis actio hoc reqrat. tũc frustra rediret. deus aũt z natura nihil faciũt frustra. vt dicit. i. celi z mũ. ¶ Etiã plures sunt alij modi dicẽdi circa istaz materiã. quas recitare z improbare ad pñs causa breuitatis omitto.

Cõtra cõclusionem 1

2

Scotus

Cõtra istũ

Quãtum ad terciũ articulũ pono duas ꝓclusiones.

Articulus tercius.

¶ Prima ẽ q qñ hostia ꝓsecrata frãgit seu diuidit. corp xpi nec frangit nec diuidit. Quia corpꝰ christi ẽ ipassibile. g nec pot frãgi nec diuidi. Añcedẽs pz. qz cũ corpus xpi sit glorificatũ. seqtur nccio q sit dotatũ dote impassibilitatis: Patet etiã ꝓntia. qz corpus viui hois nõ pt diuidi z frãgi sine eiusdẽ homis passiõe. ¶ P. ibi res nõ pot diuidi vbi nõ est mõ quãtitatiuo. sed corpus xpi nõ ẽ sub sacro modo quantitatiuo. vt declaratũ est supius disti. x. q. ij. arti. i. ¶ Sed ꝑ istã ꝓclusionẽ est quedã opinio que fũdat se sup ꝓfessione Berẽgarij. que ponit hic in lra. et scribit de ꝓse. dist. ij. c. Ego Berẽgarius. vbi postqz Berengarius errorẽ suũ coram papa Nicolao z. cxiij. epis publice recognouit. ipse iurauit se deceps semp credere z tenere verũ corpus christi manibus sacerdotũ sensualiter tractari. z frãgi. ac fidelium dentibus atteri. z sic ibidẽ ponit circa finẽ illius ca. hanc confessionẽ papa Nicolaus scripsit ecclesijs italie. germanie z gallie. vt ecclesie q prius doluerãt de auerso z puerso. postea gaudeant de reuerso atqz cõuerso. ergo videt q corpus xpi vere diuidat. z hoc tã ex predicta ꝓfessione. qz ex cõfessiõis sollẽni approbatione. ¶ P. quod vere manducat. hoc manducãtis masticatõe diuidit. Sed corpꝰ christi vere mãducatur. iuxta illud Joh. vi. Qui manducat meã carnẽ z bibit meũ sanguinẽ: habet vitã eternã. ¶ P. istud sacramentũ est signũ memoriale dnice passionis. vt patet ex dictis supius. ergo diuisione sacri diuiditur corpus xpi. Cõsequẽtia ptz. qz signũ debet ẽ ꝓforme sigto. sed in passione xpi fuit realis diuisio sui corpis. als nõ fuisset ibi vera vulne/

Cõclusio prima. 1

Opi. Berẽ 1

2

3

Cōtra opinionē.

ratio. ¶ Sed ista nō ꝯcludūt. ⁊ exp̄sse cōtradicūt verbis Aug. que ponunt de ꝯse. dist. ij. Qui manducat. Et accipiunt ex sermone de verbis dñi. vbi sic ait Aug. Christ⁹ viuit mā ducatus. q̄z surrexit occisus. nec q̄n manducamus ptes de illo facimus. ⁊ quidē in sacrāmēto sic fit.

Instantia

¶ Forte dicet q̄ ꝯtra istud esse videt illud qd̄ ibidē imediate seqūtur. Subdit em̄ Aug. Nozūt fideles quēadmodū māducāt corpus xpi. vnusquisq̄z accipit ptē suam. p ptes manducat in sacramēto. ⁊ manet integer totus i celo.

Solutio

¶ Respōdeo q̄ p ptes ibi intelligit Aug. ptiales gras. q̄z p̄m q̄ cū maiori deuotione sumit corpus christi. p̄m hoc ipse sumēs maiorē ⁊ vberiorē ptem gratie spūssanti conseqūtur. Et ideo ibidē addit Aug. Vñ ⁊ ipsa gratia ptes vocātur.

Solutio. Ad.1.

¶ Ad primū tñ dco cū Bart. brixiēsi in apparatu sup illo verbo frāgi. q̄ ly frangi ⁊ atteri nō debet referri ad corp⁹ christi. sed solū ad spēs sacramēti. Qd̄ pbat Bartholome⁹ ibidē p auctoritatē Augus. iā inductaz. Et idē apparator hortatur quemlibet legentē. vt iuxta istū intellectuz sane intelligat verba Berēgarij. ne incidat i maiorē errorē ac heresim q̄z ipse Berēgarius fuit. Quia reuera valde enormis error esset credere q̄ corpus christi realiter diuideret. Et iō sepius miratus sum q̄ papa Nicolaus cum tot ēpis vnq̄z acceptauerūt istā confessionē. sine lucidiori declaratione veritatis.

Ad.2.

¶ Ad secundū dicendū q̄ aliquid māducari pōt dupliciter intelligi. Vno mō corpaliter. puta si attingit immediate corp⁹ corpaliter ⁊ quātitatiue ab ipso māducāte. Alio modo spūaliter. puta si nō attingit immediate nec quātitatiue. De p̄mo mō manducādi maior ē vera. nō de scdo. Cū igitur corpus xpi nō māducetur primo mō sed scdo. ideo maior in ꝓposito est falsa.

Ad.3.

¶ Ad terciū dicendu q̄ licet illud qd̄ solū est sacramētū. puta ipsa spēs panis ⁊ vini sit signū passiōis xpi. tamē illud qd̄ est res ⁊ sacramētū. puta corpus ⁊ sāguis christi nō est signū sed magis ipm signatū. Et ideo licz spēs ⁊ accidētia diuidant. tñ corpus xpi non diuidit.

Cōclusio scda.

¶ Scda ꝯclusio est. q̄ spēs sacramēti puta accidētia panis ⁊ vini vere ⁊ realit frā
1 gūtur ⁊ diuidūtur. Quia q̄n totū ꝯtinuū discontinuatur. tūc ipm vere diuidit. sed hostia ꝯsecrata ē quoddā totū ꝯtinuū. ⁊ vere discōtinuat. q̄n sacerdos tres ptes facit de hostia. et etiā vlteri⁹ discōtinuat q̄n a sacerdote vel q̄
2 cūq̄z alio hoīe māducat. q̄ ⁊c. ¶ P. Mat. xxvi. saluator legit istud sacrm̄ bndixisse et fregisse. sed hm̄oi fractio nō potuit eē i corpe xpi vt patuit ex pcedēti ꝯclone. q̄ tm̄ fiunt i ipsis accidētibz seu spēbz sub quibz corp⁹ suū tradidit discipulis.

Instantia

¶ Forte dicet q̄ ista scda ꝯclio ꝯdicat p̄me. Qz q̄n aliq̄d ꝯtinet sub altero. si ꝯtinēs realr frāgit ⁊ diuidit. videtur q̄ etiam ꝯtētū frāgatur ⁊ diuidatur. sed corpus xpi cōtinetur sub accētibz panis. q̄ accētia realr diuidūt. vt dicit. ij. ꝯclo. q̄ etiā corp⁹ xpi realiter diuidetur. Cui⁹ oppositū ponitur i. i. ꝯclone.

Solutio.

¶ Rñ. q̄ aliq̄d ꝯtineri sb altero pōt dupliter intelligi. Vno mō ꝯmēsuratiue. ita q̄ totū cōtinet a toto ⁊ ps sub pte. Alio mō aliq̄d ꝯtinet sb altero sine ꝯmēsuratōe. ita q̄ totū ꝯtinetur sb toto. ⁊ totū sub q̄libet pte. Et isto scdo mō corp⁹ xpi ꝯtinetur sb q̄ntitate panis. ⁊ nō primo mō. vt declarau i supi⁹ di. x. q. ij. ar. iij. Et q̄z iuxta scdm modū maior ē falsa. iō nihil cōcluditur. Si em̄ maior eēt vera loq̄ndo d̄ eo qd̄ isto scdo mō ē sub altero. tūc pari rōe ꝯcluderetur aīaz rōnalē diuidi diuisiōe corpis humani. qd̄ tñ nō ꝯtigit. eo q̄ ipa nō sit extēsiue i hūano corpe. sic em̄ ē tota i toto corpe q̄ etiā ē tota i q̄libet pte corpis. vt pbaui li. i. di. viij

Opi. p̄ma ꝯ ꝯclōem.

¶ Etiā ꝯ istā scdaz ꝯclōz sūt duo opīones q̄s mgr recitat i textu istius lectōis. Quaz vna ponit q̄ i isto sacramēto nulla sit fractio. licet videatur q̄ aliq̄d frāgatur.

¶ Et si dz istis. q̄ tūc fieret hic deceptio ⁊ illusio. quod p̄m Ambro. nequaq̄z cōuenit huic sacrificio.

¶ Rñdent isti q̄ in apparētia istius fractōis non ē deceptio nisi crederet ibi eē fractō. In q̄ rñsione forte intendūt dicere. q̄ sicut i isto sacramēto apparet q̄ sit panis ⁊ nō est. ⁊ tñ ex h̄ nullus decipitur. nisi ille q̄ crederet hic esse panē q̄z talis crederet qd̄ nō est. ⁊ p ꝯseq̄ns sua credulitas falleret eū. Sic i ꝓposito ⁊c.

Cōtra rñ.

¶ Dicūt etiā q̄ hic nō ē illusio. q̄z fit ad vtilitatē fidei. Vñ sicut nō fuit illusio q̄n xp̄s appuit in spē pegrini duobz discipulis eūtibz in emaus. et oculi eoz tenebātur ne agnoscerent eū. sic nec hic ē illusio. q̄uis appareat fractio q̄ tñ nō ē igit ⁊c.

¶ Ista rñsio nō valet quo ad p̄muz. q̄z valde ē dissimile de subaz de fractione. Nā iudiciū de substātia nō spectat ad sensuz. sed ad intellectū. Judiciū aūt de fractiō e spectat ad sensum. Nā motus ē p se sensibilis. vt pz ij. de ania. sed fractio ē quidā motus. Ideo licet credētis i isto sacramēto nō esse substātiā panis sensus nō decipiat. q̄z nō iudicat oppositū illius credulitatis. tñ credētis hic non eē fractionē sensus vere decipetur. si hic nō esset fractio. q̄z iudicaret hic esse fractionē. ⁊ p ꝯs

iudicaret eē qd nō eēt. Et qz sensus a deceptione reddunt immunes, vt dicit in legēda de festo corpis xpi. ideo fractio q̄ virtute sensitiua iudicat fieri i isto sacro. nō solū apparēter sed
2 realiter fit in eo. ¶ Nec valz ista ñsio q̄ ad secundū. qz omnis xpi actio nostra ē instructio g̃ nulla christi actio esse pt illusio. Consequtia pz. qz nulla vera instructio ē illusio. ¶ Etiam illud qd christus i illa pegrina simulatōe exteri⁹ gessit. hoc aliquo mō significatiue fuit in mētib⁹ illo z discipulo z. Quod innuēs Gregorius in omel'. ait. Duobus discipulis ambulātibus in via. non quidē credētibus. sz tamē de se loquētibus dñs appuit. Sed eis speciē qua recte cognoscerēt ñ ostēdit. Hoc ergo egit foris dñs i oculis corpis quod apd ipos agebatur intus i oculis cordis. Et subdit infra. Nihil ergo simplex veritas p duplicitatē fecit. sed talē se eis exhibuit in corpe qualis apud illos erat in mēte. ¶ Sed nulla talis rō assignari pōt de apparētia et nō exñtia ipsius
Opi. scda fractionis. g̃ ꝛc. ¶ Opinio scda ponit q̄ ibi ē vera fractio. nihil tñ vt dicūt hmōi fractione frāgitur. Quia sicut spēs vel accidēs panis ē ibi. z tñ non ē in aliquo. sic p potentiā dei erit ibi fractio. q̄zuis i nulla re sit hmōi fractio.
Cōtra opinionē ¶ Sed nec istud valet. qz fractio cū sit q̄dam motus. g̃ vt pcedit ab agēte seu a frāgēte ē actō vt inferē ipsi patiēti ē passio. ideo ipossibile ē hmōi fractionē eē sine sbiecto. qz nec motus pt eē sine mobili. nec passio sine patiēte ¶ Secus aūt ē de accñtib⁹ panis. vt patet p ea q̄ dixi in q. prima pcedente.

Articulus quartus

Quantuz ad quartuz articulū sic pcedā.

¶ Primo ponā duas
Cōclusio prima. ꝛclusiones. ¶ Secdo moneb vnā dubitationē ortū habentē ex istis ꝛclusionib⁹ ¶ Pria ꝛclusio ē. q̄ si aliq̄s liquor. puta vinū vl' aqua infunderet i calicē ꝛsecratū. hmōi liquor pōt accidentib⁹ vini in calice pexistētib⁹ ꝛmisceri Quia fm Inno. li. iij. de off. misse. vt fides locū habeat. nihil pmittit de⁹ hic fieri quo sensibile possimus habere expimentū isti⁹ sacri. g̃ liquor infusus pdictis accñtib⁹ ipsis ꝛmisceturꝛ. Cōsequētia pz. si accidētib⁹ vini albi exñtib⁹ i calice ꝛsecrato vinū rubeū infusū nō cōmisceret ꝛmotō ē facta humor ad inuicē sufficiēti. tūc sensibiliter pcipem⁹ trāssubatōz facta circa illud vinū albū p ꝓba ꝛsecratōis eo q̄ añ plationē hmōi ꝓbꝛ fuerit cōmiscibile
Opi. ꝛria vino rubeo. vel cuicunqz alteri liq̄ri. ¶ Huic ꝛclusioni q̄dā antiqua opi. ꝛdicit. Cui⁹ motiua hec esse potuerūt. Dis liquor q̄ hmōi accidētib⁹ posset infūdi ē vera sba. sed accñs nō pt sbe pmisceri. vt pbat phs. i. d genera. g̃ nullus liq̄r accñtib⁹ calicis ꝛsecrati poterit permisceri. ¶ P. illud qd ꝛsecrato miscet hoc efficitur ꝛsecratū. sed liq̄r infusus accidētib⁹ nō efficit consecrat⁹. g̃ ipsis nō pmiscet. Dior pz qz ꝛsecratio fit p verba q̄ nō dicunt qñ hmōi liquor infundit. Pz etiā maior. qz si aq̄ non bñdicta infundit i aquā bñdictā immediate efficit bñdicta. ¶ P. si sic. tūc vna z eadē superficies eēt i sbiecto z nō eēt i sbiecto. ꝛñs ē ipossibile. eo q̄ implicet ꝛdictionē. Probat ꝛña. qz q̄cūqz simul pmixta sūt. illa vna superficie claudunt. Sz supficies illi⁹ infusi liq̄ris ē in subiecto. supficies pdictoz accñtiū ē sine subiecto. g̃ ꝛc. ¶ P. accñtia nō pñt alterari. g̃ nō pñt pmisceri. Añs pz p Boe. q̄ ait. Accñtia indignātis nature sūt. primi q̄dē pñt. alterari ꝓo nō pñt. Cōsequtia pz. i. de genera. vbi dr. mixtio ē miscibiliū alteratoz vnio ¶ Sz ista
Cōtra opionē. non ꝛcludūt. qz q̄ sūt i mima diuisibilia. illa sūt bñ miscibilia. vt dr. i. de genera. Sz vtraq̄s hec. s. accñtia z liq̄r ipsis infusus sunt i mima diuisibilia. g̃ sūt bñ miscibilia. ¶ Ad primū g̃ dōm. q̄ licet accidēs hñs modū accidētis nō possit sube misceri. tñ hoc non repugt
Solutio. Ad. 1. accidēti habēti modū sube. sicut ē in ꝓposito.
Ad. 2. ¶ Ad secōm dōm q̄ illud qd ē i calice ꝛsecratū hoc ē sanguis xpi. z nō ipa accidētia ꝓpie loq̄ndo. ideo liq̄r infusus nō efficit ꝛsecrat⁹. q̄zuis accidētib⁹ misceat. Nec est simile de aq̄ bñdicta. qz aq̄ infusa aq̄ bñdicte attingit illd qd est bñdictū. sed liquor infusus calici non attingit illud qd ē bñdictū seu ꝛsecratū. qz ñ attingit sanguinē xpi. q̄zuis attīgat accñtia vini sub quib⁹ ē sānguis xpi eo mō q̄ dictū ē supius.
Ad. 3. ¶ Ad terciū dōm q̄ sicut eadez supficies fm aliā z aliā ptē simul pōt esse alba et nigra. q̄zuis hoc esse non possit fm eandē ptē. sic illo casu posito eadē supficies fm illā ptē sui quā ambiret istū liquorē infusū. vel etiā ptes accidentū pmixtas isti liquori ē i subiecto. sz fm illā ptē sui quā nondū attigit iste liquor infusus eēt sine subiecto.
Ad. 4. ¶ Ad. iiij. dōm q̄ accñtia hñtia modū sbe pnt alterari. z p ꝛñs alterāti pñt misceri sicut ipsa sba. Sz i sacro aliqua sūt accidētia habētia modū sube i eēndo agēdo z patiēdo. vt pz ex dictis supi⁹. g̃ ꝛc.
Secda cōclusio. ¶ Secda ꝛclo ē. q̄ i illi ptib⁹ accidētiū q̄ infuso liq̄ri pmiscent nō remanet sanguinis xpi sacrm. qz nō manet sub illis accidētib⁹ corp⁹ et

sanguis xpi. nisi p eo tpe quo talia accidētia manēt sine sbiecto. Hz accntia hmoi liqri p mixta nō manēt sine sbiecto. g ꝛc. Maior pz ex dictis supi. Minor etiā pz. qz vel hmoi accidētia corrūpūt. vel hmoi liqri cui pmiscent iherebūt. Dic ex pdictis orit dubitatio. Qz exq liqr infusus pmiscet accidētibz. vt dz i. 1. cl'one. z quibz pmiscet his desinit ee sacrm. vt dz i. q. cōcl'one. nō imerito pt dubitari vtrz modicus liquor ad hoc sufficiat q ex toto i calice desinat esse sacrm. Et circa hāc dubitatōz sunt opposite opiniones. Nā quedā opinio antiqua dicit. q qzuiscūqz modicus liquor non cōsecratus infusus fuerit accidētibz sacri totaliter sacrm tollit. Qz ille liquor qzuiscūqz modicus. tm qz facillime diuisibilis. tō p totū diffundit. z oimibz ptibz accidentiū vini ꝛmiscetur. z p ꝛseques i omibz hmōi accidētibz desinit esse sacrm sanguis xpi. Sed oppositū isti tenēt doctores cōes dicentes. q qzuis modicus liquor infusus corrūpat ptē spēz. s. illā ptē quā diuidit. z p quā diffūdit. z p ꝛseqns desinat esse sacrm quo ad illā ptē. tamē qz nō pōt se p totū diffundere. ideo nō desinit ee sacramentū in omibz ptibz accidentiū. Dic ād magri sentiā inter has opiniones ad pns non explico. ppter multitudinē dubiorz circa hāc materiā emergentiū. Als vo qn occurret hec materia. intēdo circa eā seriosius insistere. Sed tn ad pēsens dico q pma opio nō est ita abusiua sicut cōiter reputat. qz ad sensum videmus q si i tātillo de vino claro sicut cōiter solet accipi p consecratōe sanguis. infūditur vna gutta de vino rubeo aliqztulū spisso z materiali. oēs ptes illius vini clari discolorant. qd fieri nō posset nisi illa gutta totū illud clarz vinū penetraret. z oimibz ptibz eius se coniūgeret. g consl'r hoc idē fieret si tal' gutta in accidētia vini post cōsecrationē fūderet. z p ꝛseqēs si in omibz ptibz accidētiū ad qs ptes infusi liquoris puenerint. desinit esse sacrm. sicut etiā dicūt doctores cōes. seqtur q ad infusionē vni gutte sacrm esse desinat i oibus ptibz accidētiū pdictorz. Ad argu. pnci. ddm q minor nō ē vera. Ad pbatōz ddm q aliqd ee variabile vl alterabile pt dupl'r intelligi. Uno mō eo q ipz pōt ee alteratōis terminus. Alio mō q pōt ee subiectū alteratōis. Prio mō nō negat autor. vi. pnci. formā accidētalē ee variabilē. sed solū scdo mō. qz isto scdo mō sba ꝛposita dz alterabilis fm cursuz naturalē. z qz qztitas i sacro altaris hz modū sbꝛpositē. qz existit p se. z subsistit ceteris accidētibz sacri. igit quantitas ambobz pdictis modis pōt variari. Ipa cm pōt ee terminus variatiōis put pōt terminare motū augmēti vel diminutōis. z pōt esse subiectū variationis inqztū accidētia in ipsa subiectiue fūdata intēdūt. remittūt. vel corrūpūt. Cetera autē accntia qbz substrata ē ipsa qztitas sbiectiue. qzuis nō sint variabilia scdo mō. puta p modū subiecti. tm ipsa sūt variabilia pmo mō puta p modū termini. ideo ꝛc.

Dubitatō

Una opi.

Tho. z pc.

Ad pnci/pale argumentum.

Sed caueat.

Postqz mgr determinauit de accntibz i isto sacro extrinsecis apparētibz. nūc determinat de vtilitatibz intrinsecis cālit exntibz. Et diuidit i tres ptes. qz pmo ad eurz q sumit istud sacrm mgr facit ꝛmēdabilē exhortatōz. scdo ondit rei sūpte vtilē fructificatōz. tercio mouet z solut icidētē qōz circa istis sūptōis freqntatōez. scda ibi. Institutū ē em. tercia ibi. Si āt qrit. Pria i duas. qz pmo volētē accedere ad istd sacrz mgr p sua exhortatōez reddit cautū. secūdo mouet qōz circa xpi imolatōz vt eundē reddat deuotū. ibi. Post hq qrit. Et hec i tres. qz pmo ia dictā mouet qōnez. scdo dat mote qōis rnsionē. tercio date rnsionis subdit pbationē sen ꝛfirmatōz. scda ibi. Ad hoc breuit dicit pt. tercia ibi. Un Aug. Dee ē snia isti lectionis i generali. circa quā qro i spāli.

Qō. iij.

Utrū vtile vel expediēs sit hoi freqnt accedere seu sumere istud sacrm Et videt q nō. Quia nō dz ee maior freqntatio i re significata qz i figura significate. Iz agnus pascal' q fuit figura isti sacramēti tm modo semel i anno comedebat. vt pz Exo. xij. g videt q sel' i anno debeam tm mō coicari seu reficiri illo sacro. Cōtra. qn aliqd sic se hz q eius accessu pctā delent. z virtutes augētur. ad hoc freqnter accedere ē homi expediens z vtile. sed p accessū ad istud sacramentū pctā delētur. et virtutes augent. vt patebit in ista qstione. g ꝛc. Dic quattuor sunt videda. Primo de istius sacramēti vtilitate exnte in pctōz deletione. Scdo de eiusdē sacramēti vtilitate exnte i virtutū pfectōe. Tercio vtrz hō sine pctō ad istud sacrm oi die possit accedere. Quarto vtrū homo sine pctō ab isto sacramēto possit sp abstinere.

Quantū ad primū

pono duas ꝛclusiones. Prima ē q istud

sacrm ꝓprie datũ ē homi remediũ venialiuꝫ
pctoꝫ. Et hoc est de intentione. s. Augus. q̃
vt patet hic in lra sic ait. Iterat quotidie hec
oblatio. licet christus semel passus sit. qꝛ quo
tidie peccamus pctis sine quibꝫ mortal' infir
mitas viuere nõ põt. Talia aũt pctã sunt ve
nialia. g̃ ꝛc. Unde sequitur ibidẽ. Dedit eĩ nobis
deus hoc sacramẽtum salutis. vt qꝛ quotidie
peccamus. ꝛ ille iã mori nõ põt. p hoc sacrm
Instantia remissionẽ pctõꝫ ꝯsequamur. ¶ Forte dicet
q̃ ille qui accedit ad recipiẽdũ istud bñdictũ
sacrm. vel ē cõtritus de suis pctis venialib⁹.
ꝛ tũc pctã venialia non remittũtur p istud sa
cramentũ. qꝛ anteqꝫ recipiatur istud sacrm de
leta sunt hmõi pctã p pnie sacrm. vel accedit
nõ ꝯtritus. ꝛ tũc fictus accedit. ac p ꝯñs rece/
ptõe istius sacri nõ remittetur sibi aliqd̃ pec/
Solutio catuꝫ. nec p ꝯñs pctm̃ veniale. ¶ Rñdeo q̃
hõ existẽs sine mortali pctõ. accedẽs accenso
ac deuoto desiderio istud sacramẽtũ. dato q̃ d̃
venialib⁹ pctis nõ habeat singularẽ ꝯtritõẽꝫ.
adhuc virtute istius sacramẽti delẽtur. nec ta
lis ꝓprie loquẽdo debet dici fictus. q̃a fictus
non ē in statu salutis. nõ penitẽs aũt de venia
li pctõ. sufficiẽter tamẽ cõtritus de mortali ve
Instantia re est ĩ statu salutis. ¶ Forte dices iteꝫ. q̃ nõ
apparet maiꝛ ratio quare magis deleat vnũ
q̃ aliud. ergo si istud sacramẽtũ delet pctã ve
nialia. igitur si delet vnũ delet oĩa. ꝛ sic eẽt ho
mo sine oĩ pctõ. qd̃ est contra illud. i. Joh.
i. Si dixerimus qꝛ pctm̃ nõ habemus. nos/
ipsos seducimus. ꝛ veritas in nobis non ē.
Solutio. ¶ Rñdeo q̃ nõ est necesse vno pctõ veniali
deleto virtute istius sacramẽti q̃ oĩa deleã/
tur. qꝛ hmõi peccatũ deletur mediãte motu fa
cto in aĩa ex feruore caritatis. hmõi aũt mo
tus ratõe sue cause ꝓticularis tenẽtis se ex pte
opationis humane. põt habere maiꝛẽ diffꝛ
mitatẽ ad vnũ peccatũ veniale q̃ ad aliud. p
pter qd̃ potest qñq̃ vnũ deleri alio remanẽte.
Etiã feruor deuotionis posset esse tãtus q̃ p/
tũc deleret oĩa venialia pctã. q̃uis hõ ratio
ne sue fragilitatis nõ diu maneret ĩ hmõi pu
ritate. Nec p illa verba hoc btũs Johes intẽ
dit negare. sed magis videt iã dictã fragilita
tẽ ꝛ instabilitatẽ hũane ꝯditionis innuere.
¶ Posset etiã dici q̃. b. Johes loq̃tur q̃tuꝫ
ad nraꝫ innotescẽtiã. qꝛ nobis ꝯstare de certo
non pt q̃ ũm⁹ sine pctõ. et ideo ipo suo verbo
peccaret hõ aliqli plũptõne. si diceret se pctm̃
non hre. Et credo q̃ ad istũ sensũ magis va/
Scda cõ/ dat intẽtio bti Johis. ¶ Scda ꝯclo ē q̃ isto
clusio. sacro non delet pctm̃ mortale cui⁹ actualẽ hõ
hꝫ memoriã absq̃ pnia. Quia qd̃ augetur hꝫ 1
non deletur. Sed accedens cũ actuali memo
ria seu cõscia mortalis pctĩ peccat nouo mo
tali pctõ. g̃ ꝛc. Maiꝛ patet. Minꝛ etiã no
ta est ex dictis supꝛ. ¶ Ꝑ. ex hoc q̃ sacraliter 2
q̃s sumit corpus xpi ꝛ non spũaliter. non re/
mittitur aliqd̃ pctm̃. sed magꝭ cumulat. ſz ac
cedẽs in mortali pctõ nõ sumit spũalr. Ma
iꝛ ꝛ minꝛ patẽt ex his q̃ dicta sunt dist. ix.
arti. i. ꝛ. ij. Et ꝯfirmat ista minꝛ p Aug. qui
ait. Ille spũaliter mãducat qui innocẽtiã ad
altare portat. ¶ Forte dicet q̃ istud ē contra Instantia
Greg. q̃ in quadã complẽda misse ait de isto 1
sacro sic dicens. Presta vt hꝫ tuũ sacrm sit ab
lutio scelerꝫ. sit fortitudo fragiliũ. Sꝫ scelera
sunt mortalia pctã. ergo ꝛc. ¶ Ꝑ. illd̃ qd̃ dat 2
vitã spũalẽ. hoc aufert mortẽ spũalẽ. ꝛ p cõse
quens mortale delet peccatũ quo morĩtur ipa
aĩa. sed istud sacramẽtũ dat vitã spũalẽ. iuxta
illud Joh. vi. Panis em̃ verus ē qui d̃ celo de
scẽdit. ꝛ dat vitã mũdo. g̃ ꝛc. ¶ Ad ꝑmũ pot Solutio.
dici q̃ Grego. intelligit de sceleribꝫ oblitis. ꝛ Ad. 1.
nõ de his quoꝫ hõ hꝫ actualẽ memoriã. De
pctis em̃ mortalibus quoꝫ memoriã non ha
bemus. ꝛ pati essemus emẽdare si eoꝫ haberẽ
mus memoriã. iudicandũ ē sicut de venialib⁹
pctis. et ideo talia delẽtur isto sacramẽto
sicut etiã ipsa venialia. ¶ Etiã posset dici q̃
istud sacrm dicit ablutio scelerꝫ. nõ q̃tũ ad de
letionẽ mortal' pctĩ. qꝛ hoc necesse ē vt deleat
vel sacro baptismi vel sacro pnie. sed q̃tũ ad
reatũ ꝛ penã. qꝛ tanta posset eẽ deuotio recipi/
entis istud sacrm. q̃ deus remitteret omnẽ pe
nã quã etiã p suis sceleribꝫ confessis tamẽ ꝛ
ꝯtritis deberet ĩ purgatorio sustinere. ¶ Possꝫ
etiã tercio dici q̃ hmõi ablutio scelerꝫ ē causa
lis. qꝛ istud bñdictũ sacrm punit ꝛ retundit
cãm mortaliũ pctõꝫ. q̃ cause sũt tres. s. mũd⁹
caro ꝛ demõ. Juxta illud qd̃ ait venerabil' be
da. Mũdus. caro. demonia: diuersa mouẽt
plia. Mã sacrm eucharistie deuote susceptũ ex
tinguit carnis ꝯcupiam. munit ꝗ demõis ne
q̃tiã. ꝛ ꝯfortat ꝗ mũdi tyrãnicã seuiciã. Pro/
pter hoc dicit q̃ñq̃ sacrꝫ vnionis. qꝛ ista tra
tollit cũ pctis venialib⁹. q̃ sepe impediũt inti/
mã vnionẽ aĩe rõnal' cũ ipso deo. ¶ Ad scdm Ad. 2
dm̃ q̃ vita spũalis ĩ hoc mũdo hꝫ tres gd̃⁹
generales. Prim⁹ ē penitẽtiũ. Scdꝰ pficiẽtiũ
Tercⁱ⁹ pfectoꝫ. Primũ gdũ istud sacrꝫ ñ dat
sed plũpponit. Cũ sine illo gradu nullus dꝫ
accedere ad istud sacrm. Naꝫ sine illo gradu
spũs homis ē mortuus. ꝛ ideo sibi nõ ꝯgruit
istud sacramentũ. quod ē cibus viui spũs. qꝛ

inutilr mortuo cibꝰ mistrat. Sz qtũ ad secdz
z terciũ gradũ. istud sacrm dat vitã mũdo. i.
homibꝰ corpalr exñtibꝰ i mdo. Nã de ẽ vita
aie. sicut aia ẽ vita corpis. Fm q ait. b. aug. sic
ḡ aia mortꝰ cũ a deo sepat, sic reuuiscit cũ p de
bitã pniam deo reunit. Et hanc vitã p sacrm
pnie ĩchoatã pficit sacramẽtũ eucharistie. cũ
sua virtute de penitẽte facit pficientẽ. et de pfi
ciẽte pfectũ z excellentẽ. vt sic aie cũ deo pfici
at vnionẽ p pniam ꝑmitus inchoatã.

Articulus secundus.

Quantum ad secũ

dũ articulũ ẽ aduertendũ. q licet isti sacramẽ
ti sint multi effectꝰ pter iã dictos in ꝑmo arti
culo. tñ ꝓprius effectus istius sacramẽti ẽ au
gere virtutes. qz ex quo est nutrimẽtũ spũ ale.
ergo ꝓpriũ suũ est augere illud quo spũ aliter
crescimus. hoc aũt sunt ꝑtutes theologice et
morales animã pficiẽtes. Et ideo ait. b. Dy
onisius. q eucharistia habet virtutẽ pfectiuã
Est etiã hic notandũ q iã dictis effectib
istius sacramẽti cũ alijs dicẽdis simul positz.
possem dicere q sacrm eucharistie habz. xij.
effectus i nobis. q sunt mirifice vtilitatis. qs
effectus vt melius memorie ꝛmẽdent. qbus
dam versiculis comphẽdendo. sic possum dic
cere de isto sacramẽto. Extinguit. munit. cõ
fortat. purgat. z vnit. Morbus. z memorez
facit. ac reficit. qz fi. ca. spem Firmat. dat fla
mẽ. est hostia sacra viamẽ. In his tribꝰ versi
bus sunt. xij. ꝛstructões. xij. effectus euchari
stie exprimẽtes. in quibꝰ ꝛstructõibus omni
bus ly hostia sacra supponit loco eucharistie

i. fructus eucharistie

Dicit ḡ ꝑmo q hostia sacra extinguit. sup
ple inordinatã ꝛcupiscẽtiã. Et ideo btũs am
brosius i orõne de eucharistia dñm ihm chri
stũ qui ẽ sacerdos z hostia orat sic dicẽs. Rex
virginũ. amator castitatis et integritatis deus
celesti rore bñdictõnis tue extingue in corde
meo totũ fomitẽ ardẽtis libidinis. vt maneat
i me tenor totius castitatis aie z corpis. Et
istud figuratũ esse videt. ij. machab. ca. i. vbi
legit. q flãma accẽsa in lapidibꝰ pfusis aqua
residua. a lumie qd refulsit ab altari ꝛsumpta
ẽ. Sepe em flãma ꝛcupiscentie que nascit ex
aqua residua. id ẽ ex tempaliũ rez affluentia
z supfluitate. qua lapides. i. homies mũdani
pfundunt. extinguit a lumine ab altari reful
gente. i. a grã sacramẽti eucharistie

ii. fructus eucharistie

Scdo
hostia sacra munit. supple ꝛtra demonis ne
quitiã Unde Ambro. vbi. s. orat dicẽs dño
Nuni me btorꝫ angelorũ pia ac fida custo
dia. atq fortissima tutela. vt hostes oim tw
norꝫ ꝛfusi a me discedãt p hoc magnificuz et
admirabile sacrm. Et de hoc patet figura
Exo. xij. vbi legit. q qñ filij Israel comedebant
agnũ pascalez. tũc posuerũt de sãguine i supli
minari. z i vtroq poste hostij sui. et sic domꝰ
eorꝫ fuerũt pseruate ab angelo percussore Etiã
habet Ezech. ix. q illi soli pseruati fuerũt ab
interfectione quos vir vestitus lineis. s. dñs
iesus christus signauerat thau in frõtibꝰ co
rum. Thau em est figura crucis. que cũ acce
dimus ad altare. in frõte. i. in pspectu ratõis
nostre debet esse depicta. Tercio ꝛfortat cõ
tra mũdi tyrannicã sentiaz. Et quo ad hoc
orat Ambrosius vbi supꝛ dicẽs. Dñe p hec sã
cta mysteria mitigent tribulatões plebiũ. pe
ricula populorꝫ. gemitus captiuorũz. miserie
orphanorꝫ. necessitates pegrinorũ. inopie de
biliũ. despationes languentiũ. defectus senũ.
suspiria iuuenũ. respice vota virginũ. lamen
ta viduarꝫ. Figura de hoc habet. iij. Reg. xix.
vbi helyas ꝓpheta fugiẽs a facie impijssime
Jezabel is. obdormiuit sub iunipero i deserto
z excitatus ab angelo comedit de pane subci
nericio. z ambulauit i fortitudine cibi illꝰ. xl
diebꝰ z. xl. noctibꝰ vsqz ad mõtẽ dei Quar
to purgat. supple pctã. Unde Amb. vbi
s. Scio dñe z vere scio. et idipm bonitati tue
ꝛfiteor q nõ sum dignus accedere ad tantuz
mysteriuz ꝓpter nimia pctã mea et infinitas
negligẽtias meas. sed scio z veraciter credo. z
ex toto corde meo ꝛfiteor. qz tu solus potes fa
cere mũdũ de imũdo ꝛceptũ semie. q de pctõ
ribꝰ iustos facis z sãctos. Et infra sbdit. Pa
nis sancte. panis viue. panis mũde qui de ce
lo descẽdisti. z das vitã mũdo. veni in cor me
um. z mũda me ab omni inquinamẽto carnis
z spũs. intra animã meaz. z sana me z sctifica
me interius z exterius. Et ad istã purgatõem
nos hortat apls p figurã pascalis panis q di
cit azima dicẽs. Expurgate vetꝰ fermẽtuz vt
sitis noua ꝛspsio sic est azimus Quito vnit
supple sumẽtes ipsi deo Et q ad hoc ait Amb.
vbi. s. Tu em dixisti dñe. panis quẽ ego da
bo caro mea ẽ p mũdi vita. q mãducat me vi
uit ꝓpter me. z ipe manet i me. z ego i eo Et
istud figuratũ ẽ Exo. xvi. vbi dr. q cũ incalu
isset sol mãna liqfiebat. z p ꝛdns p influxũ vni
tũ fuit cũ terra. Propter qd ipse qui ẽ cibꝰ
iste clamauit ad Aug. vt patet in li. ꝛfess. Ci
bus sum grandiũ. cresce et manducabis me.
nec tu me mutabis in te sicut cibũ carnis tue
sed tu mutaberis in me. Sexto morbus.

iii. fructus eucharistie.

iiij. fructus eucharistie.

v. fructus eucharistie

vi. fructus eucharistie.

id ē moralib⁹ virtutib⁹ supple ꝓficit hoīem.
q̄ sunt prudētia. tpantia. fortitudo ⁊ iusticia.
¶ Et quo ad hō orat Ambro. vbi. s. Rogo te
dñe p ipm sacrosctm ⁊ viuificuz corpis ⁊ san
guis tui sacrm. da mihi virtutes tuas sāctas.
quib⁹ repletus. bona ꝛscētia ad altare tuū ac
cedā. ita vt hec sacramēta celestia efficiant mi
hi salus ⁊ vita. vt quo ad hoc de sacra eucha
ristia dicat illud Sap̄. viij. Benerositatē illi
us glificat ꝛtuberniū hīs dei. Et parū infra
sequit. Laboꝛes hmōi magnas habēt ꝛtutes
Sobrietatē em ⁊ prudentiā docet. iusticiā ⁊
virtutē quib⁹ nihil est in vita vtilius homi/
bus. Hic p sobrietatē intelligit tēpantia. et p
virtutē intelligit fortitudo. ¶ Nota fm Hu
guicionē. q ꝛtuberniū dicit quasi ꝛtaberniū.
⁊ ē locus vbi q̄ñq̄z hoīes ꝛueniūt p sociali cō
uictu. ¶ Septimo memoꝛē facit supple ho
minē de passiōe dñi. ¶ Et q̄ ad hoc Ambro.
vbi. s. sic ait dño. Ego em memoꝛ venerāde
passionis tue accedo licet pctōꝛ. sumā de tuis
donis qd tuipse instituisti et offerri p̄cepisti.
⁊ a nobis in tui ꝛmemoratōe p salute nostra
sumi voluisti. ¶ De hoc ait apl's. i. ad Coꝛ.
xi. dicēs. Dñs ihs i qua nocte tradebat acce/
pit panē. ⁊ grās agēs fregit et dixit. Accipite
⁊ mādūcate. hoc ē coꝛpus meū qd p vob tra/
detur. hoc facite in meā ꝛmemorationē. Unde
dñs p Hieremiā Threnoꝛ. iij. hortat quemli
bet fidelē ad iā dicte passionis memoriā: di/
cēs. Recoꝛdare trās/gressionis ⁊ pauptat/mee
absinthij ⁊ fellis. Et rñdet immediate Hie/
remias i psona illius q̄ interna ꝛpassione ad
memoriā fideliter reuocat xpi dñi sui passio/
nē dicēs. Memoria memoꝛ ero: ⁊ tabescet in
me aia mea. ¶ Octauo reficit supple animā
ex iā dicte passionis memoria. ⁊ eiusdē ꝛpassio
ne medullitus debilitatā. Et hic ē rectus oꝛ/
do. qꝛ sicut ait Salomō. aīa q̄ nouit amari
tudinē ipsa ꝛsolabit. ¶ Et q̄ ad hoc ait Am
bro. vbi sup̄. Panis dulcissime sana palatuz
coꝛdis mei. vt nullā pter te sentiā dulcedinē.
panis suauissime hīs omē delectamētū ⁊ om
nē sapoꝛē suauitatis. qui nos semp reficis. et i
te nūq̄z deficis. comedat te coꝛ meū. ⁊ dulcedi
ne sapoꝛis tui repleant viscera anie mee. Uñ
talis aia bñ pōt dicere cū ps. Secdz multitu
diuē doloꝛ meoꝛ ꝛsolatōes tue letificauerūt
aiam meā. Cui⁹ ꝛsolatōis si petit rō. ipa pote
rit rñdere. Dñs regit me ⁊ nihil mihi deerit. i
loco pascue ibi me collocauit. Sup aquā re/
fectōis educauit me. aiam meā ꝛuertit. q̄ di
cat isto mō. a multitudīe doloꝛ ꝛuertit aiam
meā i latitudinē ꝛsolationū. Uñ ipse xps q̄ i
isto sacro est sacerdos ⁊ hostia. ait. Uenite ad
me oēs qui laboꝛatis ⁊ oneratī estis. ⁊ ego re/
ficiā vos Matth. xi. In rei em veritate dul/
cissime pōt reficere. qꝛ ipūs ei⁹ sup mel dulc⁹.
⁊ hereditas sua sup mel ⁊ fauū. vt patz Eccli
xxiiij. ¶ Mono fi. ca. spem. i. fidē. caritatez ⁊ ix. fruct⁹ eu
spem supple auget. Nā ppie he ꝛtutes the charistie
ologice augent p deuotā susceptionē sacre eu
charistie. ¶ Et hoc tāgens Ambro. vbi sup̄
orat dicēs. Sumāt q̄ dñe p hec sācta myste
ria i nobis vicia detrimētū. virtutes incremē/
tum. ¶ Et istud satis innuit Ezech. xvi. vbi
aie deuote sacrm eucharistie pcipiēti cū istaz
virtutū augmento sic dicit. Similā ⁊ mel et
oleū comedisti ⁊ decora facta es vehemēter ni
mis. ⁊ pfecisti in regnū. ⁊ egressum ē nomētu
um in gētes ppter speciē tuā. ¶ Ubi p simi/
lā ppter sui puritatē intelligere possumus fi/
dei sinceritatē. q̄ acquirit i spūali comestione
istius bñdicti sacri. quā sinceritatē ⁊ puritatē
fidei optās Ambro. vt. s. ait dño. Fac me q̄/
so dñe p gratiā tuā sp illud de tanto mysterio
credere ⁊ intelligere. sentire ⁊ firmiter retinere
dicere ⁊ cogitare. qd tibi placet ⁊ expedit anie
mee. ¶ Per mel ppter sui suauitatē possum⁹
intelligere digne sumēt/ istud sacramētū emi
nentē caritatē. cui⁹ caritatis excessu mellifluo
virtute istius sacramēti sublimi⁹ agitato. aia
deuota plibādo degustat eterna. ad cui⁹ gu/
stus suauitatē apiunt oculi interioris homi/
nis ad clare ꝛtemplandū. q̄ sub enigmate fi/
dei clausa p̄mitus tenebant. ¶ Qd bñ figu/
ratū est. i. Regū. xiij. vbi Jonathas filius re
gis isrl' ait. Illumiati sunt oculi mei eo q̄ gu
stauerim paululū de melle isto. Et infra sub
dit. Sustās gustaui i summitate virge que
erat in manu mea paululū mellis. ⁊ ecce mo/
rior. Et notanter dicit. ecce moꝛior. Quia vt
ait Gregorius. Sustato spū desipit omnis
caro. Cōtingit em quādoq̄z ex vehemētia ca
ritatis q̄ nō magis in sapoꝛē desideriū amātis
homis veniunt ista caduca. tpalia. s. ⁊ carna
lia bona. q̄z in desideriū moꝛtui hoīs. ¶ Uñ
de hmōi morte ait Gregoꝛ. sup illud Cātico/
rū. viij. Fortis ē vt moꝛs dilectō. Fortioꝛ ē in
q̄t q̄z moꝛs dilectio. qꝛ moꝛs separat aiam solū
ab vno coꝛpe. caritas ꝛo pfecta separat ab oī cre
atura. ¶ Per oleū ppt sit⁹ sui sblimitatē possu
mus intelligere btāz spem. Sicut em oleuz ē
virtutis penetratiue. ⁊ ceteris liq̄ib⁹ supna/
tat. sic spes diligētis anie oīa creata quasi de/
spiciens penetrat ⁊ transcēdit. et nō obstante

vij. fructus eucharistie.

viij. fruct⁹ eucharistie.

tempestate istius mūdi tāq; maris magni ⁊ spacioſi. ī quo ſunt reptilia quoꝝ nō ē numerus. anchorā ſue ꝛ fidēte figit ī ſolo ſuo creatore. et hoc maxime virtute pcepte eucharistie.

¶ Qd bñ notat ps. loqns ī psona homis ſic ſperātis. cū ait. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuam: ipsa me deduxerūt ⁊ adduxerūt in montē ſanctū tuū. in tabernacula tua. Et q; iſti⁹ mōtis aſcēſus ad dei tabernacla fiat mediāte ipsa ſacratissima eucharistia. hoc oſtēdit cū immediate ſubdit. Introibo ad altare dei. ad deuꝝ qui letificat iuuentutē mēā. Et ex his concludit ſpei pfectionē dicēs. Quare triſtis es aīa mea ⁊ quare conturbas me. ſpera ī deo. qm̄ adhuc ꝛfitebor illi. ſalutare vultus mei ⁊ de⁹ meus. ¶ Et quaſi eandē deductionē facit pphēta in ps. primo pcedēti. niſi q; ſacramētū hic expſſū p altare. ibi exprimit p ſonū epulātis.

¶ Un taliter ſperās bñ pōt dicere illud Baruch. iiij. Ego ſpaui ī eternū ſalutē. ⁊ veniet mihi gaudiū. Sic em̄ ſperātibꝫ noua luꝝ oriri videt. que ē gaudiū et tripudiū om̄i populo. vt ptz Hester. viij. Et hoc ꝗtute eucharistie. que de ſeipſa loquēs ait Eccli. xxiij. Illuminabo om̄s ſperātes ī dño. ¶ Decimo firmat ſupple ī bono ope. Et iſtud bñ ſequit ad pcedentia immediate. q; ille qui credit aliqd magnū bonū. ⁊ diligit illud qd credit. ⁊ ſperat p aliquas opationes ſe poſſe ꝛſequi illud qd credit ⁊ diligit. tūc quāto ſinceri⁹ credit. ⁊ qnto feruētius diligit. ⁊ ſpe indubitata affectuoſius gliſcit. tāto magis in hm̄oi opationibꝫ ꝛfirmat. ppter qd hm̄oi firmitatem ⁊ pmptitudinē bone actionis Iſaias ꝛiūgit cū ſpe. ſuili. ca. xl. dicēs. Qui ſperāt in dño: mutabūt fortitudinē. aſſumēt pennas vt aquile. currēt ⁊ nō laborabūt. ambulabūt ⁊ non deficiēt. Et quaſi eandē ordinē tenēs ps. cū dixiſſet. Credo videre bona dñi in terra viuētiū. addit immediate de ſpe dicēs. Expecta dñm. et ſubdit de opationis firmitate. Viriliter age. ꝛforteur cor tuū ⁊ ſuſtine dñm. Et q; om̄ia hec fiant mediante virtute ſacre eucharistie. innuit pphēta ī pncipio eiusdē ps. dicēs. Dñs illuminatio mea ⁊ ſalus mea tē. ⁊ circa medū eiusdē ps. ſubdit. Circuiui ⁊ īmolaui ī tabernaculo eius hoſtiā vociferatōis. quaſi dicat. Nō immolabo hoſtiā thauroꝝ vl' ceteroꝝ iumētoꝝ ſicut olim ī lege: ſed hoſtiā vociferantis verbi. ī qua immolatiōe caro a verbo aſſūpta verbo ſacerdotis loquētis ī psona ꝗbi dei veraciter ꝛſecrat. iuxta illud qd cantat ī hymno. Uerbū caro panē ve; verbo carnē efficit. fitq; ſāguis chriſti me;. ⁊ ſi ſensus deficit ad firmādū cor ſinceꝝ ſola fides ſufficit. ¶ Un decimo dat flamē. ī. ſpūm ſanctū. Filius. n. dei qui veraciter ꝛtinetur ⁊ ſumit ī iſto ſacramēto. etiā auctiue dat ſeu mittit ipm̄ ſpūm ſanctū. eo q; vna cū patre pducit ſpūm ſanctū.

¶ Et ideo Ambroſius vt ſup̄ orās ad filū: ait. Doce me indignū famulū tuū p ſpm̄ ſanctū tuū corp⁹ ⁊ ſanguinē tuū ea reuerētia et timore. ea diligētia ⁊ amore ſumere quibꝫ oportet ⁊ decet. Et parū infra ſubdit. Intret ſpūs tuus bonus ī cor meū. ⁊ ſonet ibi ſine ſono. ⁊ ſine ſtrepitu verboꝝ. loquat omnē veritatē tātoꝝ myſterioꝝ. pfunda quippe ſunt nimis. ⁊ ſacro tecta velamine. Et infra ſubdit. Auferanobis dñe iniquitates noſtras. ⁊ ignē ſancti ſpūs ī nobis clemēter accēde. aufer cor lapideū de carne noſtra. ⁊ da nobis cor carneū. qd te timeat. te diligat. in te delectet. te ſequatur. te pfruatur. Et notāter dicit accēde. quia aniā deuota p virtutē eucharistie igne ſpūſſāti ſuccēſa. curruū igneū videt aſcēdere cū Helya. ⁊ relictis terrenis om̄ibus ī celeſtibꝫ conuerſari. dicēs cū apl'o. Noſtra ꝛuerſatio ī celis ē. ¶ Et q; in iſto ſacro ꝛniuio ī quo chriſtus ſumit ſpūſſanctus dat cuꝝ ſeptemplici ſua gratia ſeu dono. ideo iſtius figurā poſſumus attēdere Hester. i. vbi dicit. q; rex aſſuerus fecit inuitari omnē populū q̄ inuētus eſt ī ſuſis. ⁊ fecit pare conuiuiū ſeptē diebꝫ. Quibus diebꝫ moraliter poterūt expm̄i ſeptē dona ipsi⁹ ſpūſſcti. ¶ Duodecimo ſacra hoſtia eſt viamē. ī. viaticū omniū tendentū de pñtis pegrinatōnis exilio ad beatā ſupne patrie māſionē. Qd pulcre notat Ambro. vt ſup̄ alloquēdo filiū dei ī hoc ſacramēto ꝛtētū dicēs. Mādūcet te angelus pleno ore. mādūcet te pegrinus hō p modulo ſuo ne deficiat in via tali recreat⁹ viatico. Et infra circa finē ſepedictā orōem ſic ꝛcludit. Repelle vndiq; iſi diābꝫ tes mihi hoſtes. recedāt pcul a pñtia potētie tue ⁊ pnie mee. vt ſoris ⁊ int⁹ munit⁹ te ducente ad regnū tuū puenīā. vbi iā nō ī myſteriis ſed facie ad faciē videbimus te cū tradideris regnū deo patri. ⁊ eris deus oia in om̄ibꝫ. tūc em̄ me de te ſatiabis ſuauitate mirifica. ita vt neq; eſuriā neq; ſitiā in eternū amen. ¶ Un cū pphēta iſtud ſacramētū expſſiſſet p locuꝝ paſcue ⁊ p aquā refectionis. ꝛſiderans q; mōiam dicto ſecuriſſimū eſſet viaticū. ſbdit. Deduxit me ſup ſemitas iuſticie ppter nomē ſuū. Nā ⁊ ſi ambulauero ī medio vmbre mortis: non timebo mala qm̄ tu mecū es. Virga tua

ꝗ. fruct⁹ eucharistie

ꝗi. fruct⁹ eucharistie.

xij. fructus eucharistie.

re. vsqz ad finē ps. totū ē ad ppositū. ¶ Sic igit virtute istius viatici aia cōfortata veniet cū Helya ad montē dei oreb. qd̄ interpratur mēsa. z sigt futurā gloriā quaz deus istud sacrm digne sumētib felicissime ppauit. ¶ Virtus igit eucharistie merito poterit dicere cuilibet homi fideli i fine hui⁹ tpalis vite ipsā digne pcipiēti illud Prouer. iij. Viā sapie mōstrabo tibi. ducā te p semitas eqtatis. quas cū ingressus fueris. nō artabunt gressus tui. z curres nō habebis offendiculū. Lui⁹ rō pmittit ca. iij. vbi dicit. Vte illius vie pulcre. z oēs semite ei⁹ pacifice. ¶ Propter hos igit. xij. effectus fructuosissimos nō imerito sacra eucharistia Apoca. xxij. significat p lignū vite afferēs fructus. xij. p singulos mēses reddēs fructū suū. ¶ Et ideo lignū vite ē his q apphenderunt eā. z qui tenuerit eā btūs. vt dr Prouē. iij. Ipsa em ē lignū vite qd̄ posuit dnus in medio paradisi. vt dicit Gen. ij. Igit anīa devota sub vmbra istⁱ⁹ ligni reqescēs. et dulcissimos eius fruct⁹ psentiēs. bn̄ poterit dicere illd̄ Cā. ij. Sub vmbra illⁱ⁹ quē desiderabā sedi. et fructus eius dulcis gutturi meo.

Articulus tercius.

Quātum ad terciū

articulū distinguo. Quia vel hō ē in mortali pctō sciēter. vel nō. Primo mō nō pōt recipe illd̄ sacrm nisi ꝯmittat mortale pctm. Et istd̄ pz ex his q̄ dixi supius dist. ix. arti. ij. Si nescit se esse in aliq̄ mortali pctō. tūc vel hz aliqd̄ legitimū impedimētū. puta qz ē p suū superiorē suspēsus. vel excōicatus. vel interdict⁹. vel nō hz aliqd̄ hmōi impedimētū ¶ Si hz aliqd̄ impedimētoz p̄dictoz. tunc nō dz recipere istud sacrm. qz q̄libet p̄dictaz sniaz phibet ist⁹ sacri pceptioue. ¶ Forte dices q nullus pōt excludi a cōione fideliū nisi sit mortalis pctōr. sed snia excōicatōis excludit hoiem a cōione fideliū. g videt implicare ꝯdictionē aliquē eē sine pctō mortali. z tn eē excōicatū. ¶ R. q aliquē eē excōicatū pt eē duplr. Uno mō tā in facie eccl'ie qz corā deo. Alio mō in facie eccl'ie sed nō corā deo. Prio modo nullus pōt excōicari si fuerit sine pctō mortali. sed secūdo modo pt. ¶ Ntez forte dicet. Si exns sine pctō mortali non ē excōicat⁹ corā deo. tūc non ē exclusus ab hac sacra cōione. ¶ Rn. q ista ꝯntia nō tenet. qz multi nō sunt excōicati nec corā deo nec corā homib⁹. z tn excludūtur a sacra cōione. vt declarau supius dis. ix. arti. iiij. ꝯcl'oc. ij. ¶ Etiā dato q aliqs sit iniuste excōicatus. z p ꝯns non sit ligatus corā deo sed solū i facie eccl'ie. adhuc talis nō dz p cipe sacrm eucharistie. nisi sit absolutus. vel sua innocētia sit sufficiēter declarata. ¶ Qd̄ ista videt eē intētio. b. aug. sup ps. cxi. vbi sic ait. Qui iustus ēt iniuste maledicit. hic z si non teneat ligatus apud deū. snie tn parere dz. ne ex supbia liget q̄ pus ex puritate ꝯscie absolutus teneat. ¶ At q̄si eandē sniam ponit. b. Greg. i suo registro. vbi sic ait. Pastoz absolvere indiscrete timeat vel ligare. Is aūt q̄ sub manu pastoris ē sp ligari timeat iuste vel iniuste. nec pastoris sui iudiciū temere rephēdat. ne z si iniuste ligatus ē. ex ipsa tumida rephēsionis supbia culpa q̄ non erat fiat. ¶ Si āt talis q̄ ē sine mortali pctō non patit aliqd̄ p dictoz impedimētoz. tūc dico q sacrā cōionē ordinate z fm eccl'iasticā ꝯsuetudinē quotidie recipiēdo nō peccat. licet forte non sp p ficiat. In hoc em si ē homo ordiati z discreti iudicij ē suo iudicio relinquēd⁹. ¶ Et ista est intētio Aug. q̄ ait. Dicit quispiā nō q̄tidie sumēdā eē eucharistiā. alius affirmat q̄tidie sumendā. Faciat vnusq̄sqz qd̄ fm fidē suaz pie credit eē faciendū. ¶ Et istud ē rōnabile. qa sicut i comestione naturali videm⁹ q vn⁹ hō naturaliter indiget vt plus comedat. vel sepi⁹ comedat qz alter. fm q vnus hz fortiorē virtutē digestiuā z velociorē. alter fo debiliorē z tardiorē. Propter qd̄ nō possumus attēdere virtutē tpantie i oib⁹ homib⁹ fm mensurā eiusdē q̄ntitatis. qz illud idē qd̄ est tpantia i vno hoie. esset intpantia i alio hoie. vt pz. iij. ethicoz. Vñ ibidē dicit. Meloni q̄dē bnē. Quia ille melo ita fortē habuit digestiuā. q multo indiguit nutrimēto ppter calorē cōsumentē z deperiscētē humidū radicale. Sic etiam i comestione spūali istⁱ⁹ bndicti sacri illos sepius ꝯgruit sumere istū cibū spūalē q̄ spūaliter hnt fortiorē virtutē digestiuā. puta in q̄ bus magis viget amor z estuās desideriū ad sumendū istud nobilissimū sacrm Deⁱ⁹. n. nr ignis ꝯsumēs est. vt pz Deut. iij. Et ideo in q̄b⁹ calor igneus ab igne spūsancti pcedens ex frequētatōe istius sacri nō deperiscit. sed magis inualescit. illis pdest quotidie hāc sacrā cōionē recipe. ¶ In quib⁹ aūt ecōuerso fieret. illi expedit abstinere donec magis esuriūt. qz tūc sumptio istius cibi ad maiorē ipsis pficit sanitatē. ¶ Dixi aūt notāter. calor ab igne spūsancti pcedēs. qz compti sunt q̄nqz hoies sceleratissimi. q̄ nec mādata dei. nec pcepta sancte matris ecclie curauerūt obseruare. putātes

Instantia

Solutio.

Instantia

Solutio.

se viuere ī libertate spūs. cū tamē eos captiuos teneret ipse dyabolus. q̄ quotidie istud sacramentū receperūt vel recipe voluerunt. dicētes se ad hoc moueri maximo desiderio. ⁊ interna deuotōe. Quoꝝ tamē desideriū non ꝓcedit a spūsancto. sed potius a demonio meridiano. Unde notū sit omni homī mādata dei et ecclie nō obseruāti. si sumit istud sacramētū q̄uis cūq̄ cū magno desiderio. q̄ sumēdo mortaliter peccat. ⁊ p̄ ꝓsequēs hmōi desideriuz non erat verz sed fictū. nec ab igne spūssancti. sed a deceptione dyabolī. q̄ obseruātia mādatorū est de necessitate salutis. cuz ipse saluator dicat. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Unde isti miserrimi homies tale desiderū esse fictionem dyabolicā possent si vellent ex seipsis percipere. q̄a qui vere diligit. ille ipsius dilecti mādata custodit. Sed isti mādata dei nō custodiūt. q̄ non vere sed ficte desiderant ⁊ diligūt.

Articulus quartus

Quātum ad quartum articulū dicendū. q̄ christianus habens vsuz rationis ⁊ copiā sacerdotis nō pōt semper abstinere ab isto sacramēto sine pctō. Qz temere faciēs ꝓtra mandatū ecclesie mortaliter peccat. sed talis homo qui nūq̄z recipet sacramentū cū tamē posset recipe si vellet. ille temere faceret ꝓtra mandatuz ecclesie. q̄ extra de pnia ⁊ remissione. Omnis vtriusq̄z sexus. p̄cipitur omnib̄ xpianis qui peuenerūt ad annos discretionis. q̄ ad minus semel ī anno recipiāt ꝓmunionē sacraz. ¶ Ad argumentuz principale dicendū. q̄ maior nō est vera. vbi maior vtilitas est in vsu ⁊ frequētatione rei significate q̄z figure. sic autē est ī ꝓposito. vt patet in scdo articulo istī q̄onis. ¶ Etiaz istud sacramentū non soluz figurabat in agno pascali qui semel ī anno comedebat. sed etiā ī pane celi q̄ quotidie sumebat. d̄ quo ī figura istius sacri dicit Sap. xvi. Angelorz esca nutriuisti ppl'm tuū. ⁊ patū panem de celo p̄stitisti eis sine labore. oē delectamentū ī se hnte. ⁊ ois saporis suauitatē. Subaz em tuā ⁊ dulcedinē tuā quā in filios habes ostēdebas. ⁊ deseruiēs vniuscuiusq̄z voluntati ad quod quisq̄z volebat ꝓuertebat. ¶ Propter qd̄ ait Aug. ī epistola ad Januariū. Quotidie eucharistiā recipe nec laudo nec vitupero. oib̄ tm diebus dnicis coicandū hortor. Sed hoc de illo dico quē mortalia pctā non grauāt.

Ad argu. pinci.

¶ Distinctio decimatercia.

Solet etiā quēri. Postq̄z mgr determinauit de isti sacri ꝓsecratōe. nūc ī ista. xiij di. ingrit d̄ ꝓsecrātis ꝓditōe. Et diuidit ī duas ptes. q̄ p̄mo de ꝓditōe ꝓsecrātis determinat. scdo circa determīata epilogat. ibi. De h celesti. Pria ī duas. q̄ p̄mo tractat de ꝓsecrātis vita ⁊ pfessiōe. scdo de eī ordine ⁊ intētōe. ibi. In huī ātī mysterij. Pria ī duas. q̄ p̄mo tractat de sacerdotib̄ mortalib̄ pctis maclatis. scdo de sacerdotib̄ hereticis ⁊ excoicatis. ibi. Illi ño q̄ excoicati. Prima ī tres. q̄ p̄mo vtz p̄ui sacerdotes ꝓficiāt mouet qōem. scdo adiūgit suā mīsionē. tercio sue mīsionis īnuit pbatōz. Scda ibi. Ad qd̄ dici pt Tercia ibi Qz nō imerito ꝓsecrātis. ¶ Seq̄t illa ps. In huī ātī mysterij. Et diuidit ī duas ptes. q̄ p̄mo oñdit q̄ sacerdotal'ordo ⁊ ꝓsecrātis intētio necio reqrunt ad verā corpis xpī ꝓsecrationē. scdo determinat q̄ddā incidēs circa corporis xpī māducationē. ibi. Illud etiā sane. ¶ Tūc sequit illa ps. De h celesti. Et diuidit ī duas. q̄ p̄mo epilogādo innuit q̄ ille q̄ nō credit q̄ dicta sunt ī hoc tractatu de isto sacramēto ē reputādus heretic. Scdo gra h ostēdit q̄d sit heretic. ibi. Ne aūt ignores ¶ Circa istā dist. quero in speciali.

Ad.2. ¶ Ad secundũ dicendũ q excõicatio rõe simplicis pticipatõis nõ extendit se vltra secundã psonã. qz excõicat⁹ minoz excõicatõe nõ ē phibit⁹ a cõione fideliũ. licet sit phibit⁹ a pceptione sacroz.

Ad.3. ¶ Ad terciũ dicẽdũ q sicut ñ excõicat⁹ in articulo necessitatis pt sine pcto cõmunicare excõicato ab eo pxtẽdo emẽdo et accipiendo talia quibꝫ occurrit siue succurrit siue necitati. sic excõicato i tali necessitate posito. q ex pcepto charitat⁹ hõ tenet ei subuenire tũc subuenies bona intentõe z pure ex charitate. nec ꝯtrahit excõicationẽ nec peccatũ. reducit em act⁹ tal⁹ ad quintũ in q dispsauit ecclesia. qd tangit i ysu superi⁹ dicto cũ dicit. necesse.

Ad.4. ¶ Ad quartũ nego ꝯsequẽtiã. Ad pbationẽ dicendũ q triplex est fideliũ cõmunio. Una mẽtalis. Alia sacralis. Et tercia corpalis. Prima ꝯsistit i charitativa dilectõe. Secũda in sacroz pceptõe. Et tercia i cõuictu et exteriori cõuersatõe. A pma cõione nõ separat hõ p aliquã excõicationẽ. qz etiaz excõicatos tenemur diligere. A secũda licet nõ a tercia separat hõ p minorẽ excõicatõez. qz exñs i minori excõicatõe phibet a sacroz pceptõne. qz vtis nõ arceat a fideliũ cõuictu z cõuersatõe. Hz excõicat⁹ maior excõicatõe separat a secda z tercia cõione. dato q nõ separet a pma. Et sic appet q mutat mediũ i illa pbatõe. qz maior est vera mõ q dictũ est de secda z tercia cõione

Ad.5. sz minor expsse loquit de pma cõione. ¶ Ad quintũ dicẽdũ q qztũ est ex pte ferẽtis sniam excõicatõis. tũc excõicatio debet dici medicina. qz sub hac intentõe iudex debet ferre sniaz excõicatõis vt excõicat⁹ emendet. z a sua pti naci rebellione resipiscat z corrigat. qd si fecerit excõicat⁹. tũc etiã ex pte excõicati debet dici medicina. Si aũt excõicat⁹ non corrigit. z tãq inobediẽs medico ingerit se temerarie diuinis officijs z fideliũ cõmunionibꝫ sibi phibitis. tũc talit⁹ faciẽti excõicatio ē morbꝫ. Nec mirꝫ. qz raro est aliq medicina ita bona q̃n ex eiꝰ abusu ꝯ mandatũ medici cõmisso morbꝫ possit augeri. Hz cũ dicit si est medicina tũc est affectanda. ista nõ est ꝯa. qz qñ q̃s pt adipisci sanitatẽ sine medicina mordẽte. tũc hmõi medicina nõ est appetẽda. Hic aũt est in ꝓposito. Propter hꝰ em pmittit citatio z ãmonitio. q̃ten⁹ citat⁹ se excuset. vl' post citationez ãmonit⁹ cõponat anteq excõicet p sua cõtumacia. z ideo si vult tũc pt sanari anteq excõmunicet. vel in sanitate manere sine excõmunicatõne

Instantia I ¶ Forte dicet q aliq paup citat p soluẽdis debit⁹ q̃ soluere nõ pt. ideo talis nõ pt puenire excõicatõez. ¶ P. forte citat ad respondẽdũ illi cui nihil tenet. ideo ñ curat parere coramiudice. ¶ Ad primũ dicẽdũ q licet nõ possit soluere. tñ pt si vult excõicatõnez puenire. qz si declarauerit coramiudice q nõ habeat ad psens vnde possit soluere. z cautionez fideiussoriã vl' iuratoriã pstiterit de hoc. q soluat q̃zto citi⁹ possit. tũc iudex nõ debet eũ excõmunicare. imo si hec fecerit etiã postq excõicat⁹ est iudex tenet sniaz relaxare. vt expsse habet in iure. ¶ Ad secundũ dicẽdũ q qztis nihil teneat illi. tñ debet parere. z coramiudice citante suã innocẽtiã declarare. alias p ꝯtumacia pt iuste excõicari ¶ Forte dices q multũ distat a iudice. ppter qd magnas oporteret eiz facere expensas si deberet cõparere. ¶ Rñdeo ppter hꝰ nõ debet omittere q̃n cõpareat. qz declarata sua innocẽtia tũc iudex tenet partẽ adueraz i hmõi expẽsis ꝯdemnare. z istũ innocentẽ reddere immunẽ ab omni dãno. ¶ Ad argumentũ pncipale patet p ea q dicta sunt in pmo articulo ¶ Ad argumẽtũ in ꝯrariũ neganda est ꝯseqntia. qz aplis ñ solũ date sunt claues ordinis q cõuenit sacerdoti. vez etiã claues iurisdictõis q possũt cõuenire talibꝫ q nõ sunt sacerdotes. ¶ Ad pbationẽ dicẽdũ. q licet soli sacerdotes sint apl'oz successoz i his q fm ecclia'sticã dignitatẽ respiciunt claues ordinis. tñ aliq q nõ sunt sacerdotes possũt eẽ apl'oz successoz q̃ztũ ad ea q respiciũt ecclia'sticã dignitatẽ fm claues iurisdictõis.

Solutio. Ad.1.

Instantia

Solutio

Ad.2.

Ad primi pale argu.

Ad aliud argumẽtũ.

Distinctio vicesima.

Sicẽdum tamẽ est. Postq̃z mgr determinauit de pnia q̃ztũ ad diuersitatẽ suarũ partiũ. ac etiã de ptãte ministroz pniaz iniungentiũ. nũc incipit determinare de qlitate subditoz pniaz suscipientiũ. Et diuidit i duas ptes. Qz pmo tractat de remissione pctoz ve penitẽtiũ. Secdo d reuersiõe dimissoz ingte se habentiũ z ꝯsiteri ꝯtemnentiũ. Distinctione. xxij. ibi. Cũq mltis autoritatibꝫ. Prima i duas. Qz pmo agit de remissione pctoz q̃ztũ ad statũ psentis vite. Secdo q̃ztũ ad statũ vite future. dist. xxi. ibi. Solet etiã q̃ri. Prima i duas. Qz pmo inq̃rit vtz hõ vsq̃z ad finẽ vite valeat penitere. Secdo ostẽdit qliter circa hmõi hoiez i fine penitẽtẽ ꝯfessoz se debeat habere. ibi. Solet etiã q̃ri vtz. Prima i tres. Qz

primo tractat de pnia illoꝝ q̃ circa finē a primo penitere incipiūt. Secdo de pnia illoꝝ q̃ aū finē incipiūt sz ñ pficiūt. Tercio d̃ his q̃ pniaz iniūctā pficiūt. sz ꝛfessores sufficientē pniam ipis ñ iniūxerūt. Secda ibi. Si vo q̃rit. Tercia ibi. Si vo de illo. ¶ Sequit illa ps. Solet etiā q̃ri. Et diuidit in tres ptes. Qz primo oñdit q̃liter circa illū q̃ a primo i fine penitet sacerdos debet se hr̄e q̃ztū ad satisfactōis impositionē. Secdo q̃ūo debet se hr̄e circa absolutōis umptionē. Et tercio q̃ūo circa oblatōnez q̃ fit p illo q̃ ex carētia sacerdotis mozit̄ pter absolutōez. Secda ibi. Sciēdū ē etiā. Tercia ibi. Si aūt q̃rit. Istaꝝ secda diuidit in duas. Qz primo oñdit q̃liber sacerdos pt̄ z tenet absoluere penitētē i necessitatē articlo. Secdo oñdit q̃ ñ imminēte hmōi articlo sacerdos de aliq̃bz ñ debet absoluere irreq̃sito ep̄o. ibi. Nō tm̄ debet. ¶ Circa hāc distinctōez vicesimā q̃ro.

Vtrū aliq̃s sit absolut⁹ ab oīm pena purgatorij q̃n cōplenit pniam a sacerdote sibi ipositā, p oīb⁹ petis suis supposito q̃ nō iniūxerit sibi ꝛdignā pniam. Videt q̃ sic. Qz ignorātia inuincibil̄ totalit̄ excusat hoīez. put dixi lib. ij. dist. xxij. Sed q̃ñq̃z penitēs iuincibilē habet ignorantiā de h̄ q̃ peta sua indigeāt maiori pnia q̃z sit illa q̃ p sacerdotē sibi ē iniūcta. g̃ rc. ¶ Cōtra. iusticia h̄ exigit vt fm mēsurā delicti fiat plagaꝝ modⁿ. ¶ Hic primo videndū est vtꝝ hō in extremo mortis articulo possit ꝛte z meritorie penitere. ¶ Secdo vtꝝ vnⁿ hō p altero possit satisfacere. ¶ Tercio de principali q̃sito. ¶ Et q̃rto vtꝝ p indulgētias a papa vl' ab ep̄is largitas homo possit purgatorij suū extinguere absq̃z alia satisfactōne.

Articulus primus. Cōclusio prima.

Quantū ad primū

pono tres ꝛclusiones. ¶ Prima est q̃ i extremo mortis articulo hō pt̄ salutifere penitere. Qz q̃z diu hō i hac vita pt̄ peccare. tādiu pt̄ d̃ cōmisso peto penitere. Sz i extremo mortis articulo ꝛpposito solū h̄ q̃ hō adhuc habeat vsuz rōis. hō pt̄ peccare. g̃ rc. Maior ptz. qz pnior est de⁹ in hac vita ad miserēdū q̃z ad cōdemnandū. g̃ dū solū hō faciat h̄ qd̃ in se est q̃ztū ad displicētiā peti. nō min⁹ miserebit̄ eiⁿ influēdo ꝛtutē salutifere pnie. q̃z ꝛdēnet eū si fecerit qd̃ in se est q̃ztū ad voluntatē peccādi. Q̃ūo aūt hō possit se ꝓpare faciēdo qd̃ i se est z q̃ūo nō. patz ex his q̃ dixi lib. ij. dist. xxviij. arti. i. z. ij. Minor etiā patet. qz dato q̃ talis hō nō possit peccare actu exteriori. tm̄ pt̄ peccare actu interiori. quia pt̄ velle se posse peccare. ¶ P. ecclesia dei vult q̃ q̃libet sacerdos absoluat quēlibet hoīez i mortis articulo ab oīm pec 2
cato z sniā. etiā si talia fuerint sedi aplice restituata. g̃ hō in mortis articulo vere pt̄ penitere. Cōsequentia patet. qz ecclia dei frustra iuberet talē absoluere q̃ vere nō posset penitere. Aūce/dens ptz ex mlt̄is allegatōibz positis in libro decretoꝝ. xxvi. q. vi. z. q. vij. patet etiā autoritate iulij pape z habet h̄ in lr̄a. ¶ P. p ista cō
clusiōe sunt mlte autoritates. q ponunt d̃ pe. 3
dist. vij. ¶ Exēplū etiā ad h̄ patz de latrone pendēte ad dexterā manū dñi ihu xpi. q̃ penituit i fine vite. z tm̄ eodē die salutē z beatitudinē cōsecut⁹ est. vt patet Luc. xxiij. vbi aut saluator ad illū latronē Hodie mecū eris i paradiso. ¶ Istud etiā patet autoritate leonis pape z habet h̄ in lr̄a. ¶ Autoritates aūt beati augustini q̃ h̄ in lr̄a z etiā i libro decretoꝝ ponūt ex q̃bz oppositū istⁿ ꝛclusiōis posset appere. nō innuūt impossibilitatē penitēdi salutifere i extremis. sz tm̄ innuūt difficultatē. qz in rei veritate valde est difficile i extremis sic mētē colligere. q̃ hō nō solū tmore pene: sz ex dei dilectōe doleat se deū p peccatū offendisse z ppo nat etiā si diu deberet viuere semp de h̄ i futurū cauere. In his em̄ duobz ꝛsistit vez z salutifez penitere. ¶ Difficultatē aūt istⁿ possumⁿ ex h̄ attēdere. qz cōiter videmus q̃ q̃ñ hō intēsiuz patit dolorē in vno sui corpis mēbro puta i oculo vl' in dente. ita rō absorbet hmōi dolore. q̃ modicū cogitat d̃ alio q̃z de illⁿ dolōris remedio. Quid g̃ faciet hō q̃ñ in hora mortis oculi trāsuertunt. z cor rūpit. z iūcture musculoꝝ dissoluūt p nimio dolore. Valde em̄ magna dei misēdia opat̄ tūc in hoīe. q̃ cuz tantis doloribz salutifere pt̄ cogitare de sua spirituali salute. Timēdū est ei illd verbū aug. i fmone de innocentibz. Hac animauersione peccat̄ peto: vt mortēs obliuiscat̄ sui. q̃ dū viueret oblitⁿ est dei. Et iō ait ille sapiēs Eccli. xvij. Viuⁿ z sanⁿ ꝛfiteberis. Quoꝝ primū. s. q̃ viuⁿ cōfiteat est d̃ necēcitate. qz a mortuo perit ꝛfessio. sicē dicit eodē capitulo. Sz secdm. s. q̃ sanⁿ ꝛfiteat est d̃ ꝛgruitate. Et iō ne aliq̃s i sine desperet. sz potiⁿ corde ꝛtrito ꝛuertat ad deum. iō post ꝟba p̃dicta sb̃dit ille sapiēs. Quā magna misēdia dei. z ppiciatio illⁿ ꝛuertētibⁿ ad se. ¶ Ad intellectū etiā istⁿ ꝛclusionis valet ea q̃ dixi supⁿ dist. xvij. q. i. arti. i. z arti. iij. ¶ Secda ꝛclusio est q̃ tali homi penitēti q̃. s. laborat i extremis. ñ est pnia satisfactoria Secunda ꝛclusio.

1 iniũgenda. Qz nlli debet iponi onꝰ qd̃ neq̃q̃z
portare pt. sz tal hõ nequaq̃z pt explere aliqd̃
2 opꝰ satisfactoriũ. g̃ ꝛc. ¶ P. illud nõ debet fie
ri circa laborantẽ i extremis q̃ inordinate ipse
posset terreri. sz si sibi pñia satisfactoria iniũge
ret. ipe posset inordinate terreri ꝛ forte desperare
ex eo q̃ videz se ipotentẽ ad faciẽdũ illud qd̃
sibi esset iniunctũ. g̃ ꝛc. ¶ Tercia ꝯclusio ẽ q̃
Tercia cõclusio. q̃uis i extremis penitẽti ñ sit satisfactio iniũ
gẽda. tñ ẽ sibi insinuãda. puta sacerdos debet
dicere. Fili si sanꝰ esses. tũc talẽ satisfactõem p
pctis tuis explere deberes. nũc aũt qz hec suf
ferre nõ potes. volo rogare deũ vt tibi parcat.
ꝛ a purgatorio qd̃ sustinere debes te cito liberz
Vis ꝛ ꝯsilibꝫ ꝓbis infirmꝰ pt incitari ad de
uotionẽ. ꝛ ad maiorẽ cordis ꝯtritõem. q̃ tanta
posset esse q̃ deꝰ omnẽ satisfactõem sibi ꝯdona
ret. ꝛ ab igne purgatorij cũ penitꝰ suppoꝛtaz
¶ Veritas etiã ista duaz ꝯclusionũ expsse
habet i decretis. xxvi. q. vij. c. i ¶ Cõcordãt etiã
i his ꝯclusionibꝫ Raymũdꝰ ꝛ Hostiẽsis. ac
mlti alij doctores iuris ꝛ sacre theologie ¶ Ad
dit etiã hostienꝰ q̃ sacerdos pt infirmo ꝯsule
re vt elemosinas faciat loco ꝯsinuate pñie. sic
em extinguere pt pcti reatũ in ipo purgatorio
luendũ. Qd̃ attẽdẽs ille sapiẽs eccli. iij. c. ait
Ignẽ ardẽtẽ extinguit aq̃. ꝛ elemosina resistit
pctis. Et beatꝰ ambrosiꝰ ait. Sic aq̃ extinguit
ignẽ. sic elemosina extinguit peccatũ ¶ Forte
Instantia 1 dicet ꝯ secdaz ꝛ terciã ꝯclusionẽ ꝫ mõ. Infir
mo ñ sufficit oñsio medicine nisi det sibi. Sz
pñia satisfactoria est quedã medicina ꝯ lesio
nẽ aie inflictã p peccatuz. g̃ nõ sufficit penitẽti
solũ insinuare hmõi medicinã. qd̃ est ꝯ terciã
ꝯclusionẽ. sz debet ei dari. qd̃ est ꝯ secdam ꝯclu
2 sionẽ ¶ P. nihil valet homini scire talia que
ipe nequaq̃z pt facere. sz iste nequaq̃z pt facere
opa satisfactoria. g̃ frustra insinuat ei hmõi
3 pñia. ¶ P. pñie insinuatio terorẽ incutit in
firmo. sz i tali casu ꝯsolandꝰ ẽ infirmꝰ ꝛ ñ ter
rendꝰ. ¶ Ad primũ dicendũ q̃ maior est ꝓba
Solutio. Ad. 1. de corpali medicina. qz illa nõ sanat nisi cor
porali tãgat. sz ñ est ꝓba d̃ medicina spũali. cu
iusmodi ẽ pñialis satisfactio. hec em opat fm
q̃ apphendit amore ꝛ cognitõem. Cũ igit talis
apphensio nõ possit fieri sine eiꝰ ostẽsione. iõ
Ad. 2. vtil est ifirmo ei ꝯsinuatio. ¶ Ad secdm nego
maiorẽ. qz licet hõ in tali casu nõ possit facere
actũ exteriorẽ satisfactorie pñie. tñ ex eo q̃ scit
hmõi pñiaz excitat ad eliciendũ actũ interio
rẽ. q̃ q̃nq̃z cũ tãta efficacia elicit a corde ꝯtrito
ꝛ hũiliato. q̃ eq̃ pollet effectui exterioris satisfa
Ad. 3. cõis. ¶ Ad terciũ nego maiorẽ. maxie si or
dinate sibi ꝯsinuat. ꝛ nõ iniungit. Ex iniũctõ
ne em posset terreri. qz videret se in ualidũ ad
faciẽdũ illd̃ ad qd̃ p sacrãlem impositõem ob
ligaret. Sz ex sola insinuatõe pñie cũ expssi
one diuie miscdie q̃ nihil req̃rit ab hoie qd̃ ex
cedat vires suas: terror non incutit. sz magis
spes seu ꝯfidẽtia puocat. Quis em nõ sperat
de venia. q̃ñ sibi dicit q̃ tãta est dei miscdia q̃
ipe acceptat affectũ p effectu. dolorẽ cordis p
satisfactõne exterioris opis. Ipse em ẽ q̃ ait p
Ezech̃. ppham. Quacũq̃z hora ingemuerit
peccator vita viuet ꝛ nõ moriet.

Quantũ ad secũdũ articulũ est aduertẽdũ. q̃ pñialis satisfactio q̃ iniũgit penitẽti duplicẽ i hoie efficit vtilitatẽ Vna: qz est ꝯ malã iclinatõem remediũ. Alia qz ẽ debite solutõis pciũ. Et ꝑmo mõ ordinatur ꝯ peccatuz futuz ne cõmittat. Secdo mõ ordinat ꝯ peccatũ pteritũ. vt. s. ei reatꝰ tollat

Articulus secundꝰ

¶ Et iuxta ꝫ q̃ztũ ad istũ articulũ pono duas ꝯclusiones. ¶ Prima ẽ q̃ q̃ztũ ad primaz vtilitatẽ vnꝰ hõ nõ pt satisfacere p alio hoie: ꝓpe loquẽdo de satisfactõe. qz tal mala inclinatio nõ tollit nec diminuit i nobis nisi p aliquã bonã dispositõem i nob formal̃r existẽtẽ. sz p actũ satisfactõis ab vno hoie elicitũ: non est i altero homie aliq̃ bona dispositio. g̃. ꝛc.

Conclusio prima

¶ Dixi aũt notãter ꝓpe loq̃ndo d̃ satisfactõe qz p modũ meriti vnꝰ bonꝰ hõ pt alteri suis pciis ꝛ alijs deuot̃ opibꝫ. augmẽtũ gr̃e obtinere. q̃ q̃dẽ gr̃a ẽ bona mẽtis dispositõ. q̃ minuit i nob inclinatio seu pnitas ad peccãdũ. Sepe em diuia pdestinatio cõplect in ipis pdestinat̃ mediãtibꝫ sctõz pciis. vt patz ex his q̃ dixi li. i. di. xli. arti. iij ¶ Cõclusio secda ẽ. q̃ secdo mõ loq̃ndo d̃ vtilitate satisfactõis put satisfactio est solutio pciij p reatu ipi pcti. tũc cã existẽte rõabili vnꝰ hõ pt satisfacere p alio. Causaz aũt tũc appello rõnabilẽ q̃ñ q̃ ttuor ista cõcurrũt. Prio q̃ h̃ q̃ tenet satisfacere. vl oio nõ pt satisfacere. vl saltẽ nõ pt cõmode. Secdo q̃ h̃ q̃ acceptat hmõi satisfactõem i se sit potes eã explere. Tercio q̃ vterq̃z istoz sit i charitate. Quarto q̃ hec cõmutatio fiat tal sacerdotis autoritate q̃ noscit ꝯsciẽtiã vtusq̃z. Et ist̃ supposit̃. q̃ tũc vnꝰ hõ possit satisfacere p altero ꝓbo sic. ¶ Deꝰ ẽ benignior i offense reconciliatõ ne q̃z hõ. sz hõ offensus acceptat emẽdã factã p altez hoiez q̃ ñ offendit. supposito q̃ ille q̃ offendit ñ possit cõmode satisfacere. g̃ ꝛc. ¶ P. ista videt esse intẽtio apli ad Gal. vi. vbi ait. Alter alteriꝰ onera portate. ꝛ sic adiplebit̃ legẽ xpi. Sz satisfactio pñialis est qd̃ã onus

Cõclusio secunda.

Instantia 1

ſpi⁹ penitēt⁹.g̃ videt q̃ vn⁹ hō.l'totū iſtd on⁹ vl'ptē ei⁹ portare poſſit p altero ¶ Forte ⁊ iſtd dicet q̃ vn⁹ hō ñ pt ⁊teri p altero vl' ⁊fiteri.g̃ nec pt ſatiſfacere p eo. Ans eſt notū. Probat ⁊ñtia.qz ſic ptz ex ſupi⁹ dict⁹ ⁊tritio ⁊feſſio ⁊ ſatiſfactio ſūt tres ptes pñie.g̃ q̃ rōne ñ pt cō mutatio fieri d̄ duab⁹ p̄mis ptib⁹.eadē rōe ñ

2 poterit fieri d̄ tercia ¶ P.ꝛ ñ exigit ſatiſfacti onē vt i pena ꝛelecteť.ſz vt p penā ſatiſfactoriā pctōz q̃ reordinat⁹ fuit a deo reordineť in ꝛeū Sz null⁹ reordinat i ꝛeū p penā q̃ ei altero.g̃

3 ꝛc ¶ P.ſi vn⁹ pt ſatiſfacere p altero.tē ſi ille p q̃ alt ſpopōdit ſatiſfacere moreret ipe īmedia te euolarz ad vitā eternā ſine oī pena.ſz ⁊ñs ē falſū.vt oēs ⁊cedūt.g̃ ⁊añs. Probatio ⁊ñtie qz moriēs q̃ nō ē obligat⁹ ad aliquā penā.ille īmediate euolat ad gl̄iaz beatā. Sz ii vn⁹ hō poſſz ſatiſfacere p alio.tūc poſtq̃z ille potēs ſa tiſfacere ſatiſfactōez illi⁹ moriēt⁹ ſup ſe accepiſ ſet.tūc ille moriēs liber eēt ab hmōi ſatiſfactōe

Cōfirmat ¶ Et ⁊firmat.qz ſi ipe moriēt⁹ puniret.ꝛ eē iſte ſatiſfaciēs.tūc idē pctm̄ duplr pūiret.ꝛ ſic ꝛe⁹ bis iudicaret i idip̄m.cui⁹ oppoſitū hēt natū

4 i. ¶ P.ꝛe⁹ reddet vnicuiq̃z ſ̄m opa ſua.ſic ait ps.g̃ opa aliēa ñ erūt p hoīe ſatiſfactoria. Cō ſequtia ptz.qz ad oppoſitū ⁊ñtis ſeqūt oppo/

Cōfirmat ſitū añtis ¶ Et iſtd ⁊firmat autoritate apl'i.q̃ ij.ad Chor.vi.c.ait. Oēs ſtabim⁹ añ tribūal xpi vt referat vnuſq̃z ſ̄m q̃d geſſit i corpe ſiue bo

Solutio. nū ſiue malū ¶ Ad p̄mū nego ⁊ñtiaz. Ad p

Ad.1. batōez itez nego ⁊ñtiā.qz i ⁊tritōe iuſtificat ipi⁹. Sz ſic dic aug. Qui creauit te ſine te.ñ iuſtificabit te ſine te.iō ſimplr ē neccariū ad ſa lutē.vt q̃libet i ſeipo ⁊terat. Etiā ⁊feſſio ñ ſp ē d̄ māifeſt⁹.vez etiā d̄ ſecret⁹ pctis d̄ q̃b⁹ ſolū ē ⁊ſci⁹ ipe pctōz.iō ſi pt tē teneť hō ⁊fiteri pēta ſua.p̄po ſuo ore. Penā āt exteriorē pt vn⁹ hō abſq̃z repugnātia.p altero ſuſtinere.p̄ſuppoſi ta i altero ⁊feſſiōe ⁊ ⁊tritōe.qz ſi ñ eſſz ⁊tritus tūc carerz charitate ꝛ p ⁊ñs bōa facta p alterū ſibi.pdeſſe ñ poſſent.qz i ſola charitate bona fi deliū p̄nt eē cōia. Etiā ſi ñ eēt ⁊feſſus tūc ne/ ſciret q̃ztitas ſatiſfactōis.ꝛ p ⁊ñs null⁹ poſſet

Ad.2. p eo ſatiſfacere. ¶ Ad ſcd̄m nego minorē.qz q̃ztus ſit i alto.pt tm̄ fieri p iſto p̄ſuppoſita tm̄ ſp p̄mordiali ꝛordiatōe q̃ fit i ꝓa ⁊tritōe ſine q̃ null⁹ poſſz reordiari i ꝛeū p penā q̃ eēt i alto

Ad.3. ¶ Ad terciū nego ⁊ñtiā. Ad pbatōez d̄m q̃ mior ñ ē ꝓa.qz ille moriēt⁹ tādiu manerz ob ligat⁹:q̃diu ille q̃ p ipo ſpopōdit cōplete nō

Ad confirmationez. ſatiſfecit. ¶ Ad ⁊firmatōez d̄m q̃ ſz ambo puniret.tm̄ ꝛe⁹ ñ iudicarz bis i idip̄m.qz ſz il le puniret i purgatorio.tm̄ tm̄ ei⁹ pena breuia ret q̃ztū iſte i ꝓ mūdo cōpleret ſeu p̄ficeret d̄ i

Instantia

iūcta pñia ¶ Forte dices ſi ſic fieret.tūc q̃ñ iſte i ꝓ mdo p illo ſatiſfaciēs eēt i medio pñie.tūc ille i purgatorio eēt i ſine pene.ad q̃d g̃ valerz alia medicta⁹ pñie q̃ā iſte i ꝓ mūdo cōplerz

Solutio ¶ Rndeo q̃ ſz ille ñ pl⁹ indigeret.qz iā exiret purgatoriū.tm̄ qz iſte obligauit ſe ad totā ſatz factōez.iō rōe p̄miſſi teneť eā cōplere.ꝛ iſtud cōplemētū cedet i meriti ſui augm̄tū. Propt q̃d ipe dicere pt cū ps. Oro mea i ſinu meo cō uerteť. ¶ Ad q̃rtū d̄m q̃ op⁹ eē alienū reſpe

Ad.4. ctu alicui⁹ pt dupl'r intelligi. Uno mō elicitiue. Alio mō iterptatiue. Prio mō op⁹ q̃d fit p alto pt dici alienū ab ipſo.qz ab ipo ñ eliciť tale op⁹.ſz ñ ſcd̄o mō.qz q̃ztus ñ eliciat ab ip ſo.tm̄ eliciť p ipo. Et iō q̃ztus i comparōne ad ip̄m tale op⁹ ſit alienū elicitiue.tm̄ pt dici op⁹ ſuū iterptatiue. Et qz ꝛe⁹ reddet vnicuiq̃z iu/ xta op⁹ ſuū ñ ſolū elicitiue.vez etiā iterptati/ ue.iō negāda ē ⁊ñtia cū ſua pbatōne.qz p̄ce

Ad confirmationē. dūt ſolū d̄ alieno elicitiue. ¶ Ad ⁊firmatōez d̄m q̃ ſz q̃libet ꝛebeat referre añ tribunal xpi ea q̃ geſſit i corpe.tm̄ ex ꝓ nō ⁊ñuncit q̃n vnus p alio poſſit ſatiſfacerę.

Articulus tercius.

Quātuz ad terciuz

articulū ē adūtēdū.q̃ ex ordie diuinie iuſticie cuilibet cl'pe ē pēa ꝛeterminata q̃m p aliquē mo dū optet expiari.vl' ꝓ ī pñti ſecl'o.vl' ſaltē in fu turo purgatorio. Et iō ſi ñ ē ⁊digna pñia per ſacerdotē iniūcta.tūc p̄ciſe p̄pt cōplementū il li⁹ pñie ñ abſoluit penitēs a purgatorio igne. Et hec ē intētio mgri ꝓ ī lra dicētis.q̃ ſi ñ ſuf ficit dolor iterior cū pena iniūcta.tē ꝛe⁹ addit

Instantia 1 penā ¶ Forte diceť q̃ ſi ſacerdos iniūgit ma/ iorē penā q̃z ſit pena ⁊digna.penitēt⁹ teneť eā to tā cōplere.g̃ ſi iniūgit minorē.nō videť q̃ iſte teneť ad aliquā penā vlteriorē. Cōſequtia pz qz ſi q̃ztū ad maior ē ſtādū iudicio ſacerdotis.

2 etiā ſtādū erit ſuo iudicio q̃ztū ad min⁹ ¶ P. illō q̃d arbiter ſnīat ꝓ vtraq̃z ps ꝛebet appbare.ſz ſacerdos ē arbiter iter penitētē ꝛ deū.g̃ tā penitēs q̃z ꝛe⁹ ꝛebēt appbare ſnīaz ſacerdotis q̃ztū ad penā iniūctā.ꝛ p ⁊ñs ꝛe⁹ nō addet pe nā purgatorij ſup penā quā ſacerdos iniūxit ipi penitēti. ¶ P.cū pena purgatorij ſit acer/

3 biſſima.nimis piculoſe ꝛ dānabil'r ꝛecipeť pe nitēs a ſacerdote.ſi ſupplereť i igne purgato/ rij totū illud q̃d ſacerdos min⁹ iniūgit a ⁊di gna pñia. ¶ Ad p̄mū d̄m q̃d ſz añs ſit vez q̃ztū ad foꝛ eccl'ie.tm̄ nō ē vez q̃ztū ad foꝛ dei.

Solutio. Ad.1. qz dato q̃ ille cui maior ē pñia iniūcta moria tur i illo inſtāti in quo egit cōdignā penitentiā.ipe vlteri⁹ nullā ſuſtineret penā. ¶ Ad q̃

tñ intelligētiā ē adūtēdū q̄ vnplr possumus loq̄ d̄ q̄ztitate pñie satisfactorie. Uno mō q̄ztū ad foꝝ dei. ⁊ sic fm mēsurā delicti erit plagaꝝ modꝰ. vt d̄z deut. xxv. ita q̄ sp maiori pēto debet maior pēa. alio mō q̄ztū ad foꝝ eccl'ie. ⁊ sic q̄ñq̄z fit ecōuso. q̄z maiori pēto i foro eccl'ie q̄ñq̄z debet minor pēa. ⁊ minori maior. Fornicatō ei sacerdotis ē minor cl'pa q̄z volūtarii homicidii p laicū ppetratū. ⁊ tñ sacerdoti fornicario debet i foro eccl'ie pñia. x. ānoꝝ cū maxīo rigore adūcto. ⁊ hōicide pñia septē ānoꝝ. Ite ñ ē dubiū q̄n plꝰ peccz mīricida q̄z vxoricida. ⁊ tñ maior pñia debet i foro eccl'ie vxoricide q̄z mīricide. Nā mīricide debet pñia. x. ānoꝝ. sz vxoricide debet pñia sine termino oibꝫ diebꝫ vite sue p̄riue durata. Hec oia patēt i varijs ⁊ diuīs locis lib. decretoꝝ. Rō āt pdictoꝝ eē pt. q̄z i foro eccl'ie ñ solū taxat pñia put ē emēda pēti p̄teriti. sz cē put ē cautela pēti futi qd̄ ex hūane ifirmitatis pnitate pt pueire. ac etiā put ē q̄dā spūal' custodia vitādi scādali qd̄ ex pēto possz oriri. Sz magis pni sūt hoies ad ledēdū vxores suas q̄z mires. etiā sacerdos q̄ tā nobile officiū dz exercere in q̄ suis sbditis dz bonū exēplū p̄riue exhibere. si i fornicatōez labit valde scādalizat ppl'm. iō eccia maiorē taxauit pñiam vxoricide q̄z mīricide ⁊ fornicanti sacerdoti q̄z laico hōicide. In foro tñ dei ñ sic. sz sp maiori pēto maior debet pēa. Ulñ dato q̄ sacerdotis fornicātis pñia sit maior q̄z ei⁹ cl'pa requirat coram deo. tñ si fuit ei iniūcta p suū superiorē. ipe tenet eā cōplere si mābit i foro eccie. si āt moriēs exit foꝝ eccie ⁊ intrat foꝝ dei. tē positoq̄ i pūcto moris. q̄ intrat foꝝ dei tm̄ pfecerit d̄ sua pñia q̄ztū exigit p tali ⁊ tāto dlicto i foro dei. ipe p illo pēto ñ āplius punietur. q̄z i illo foro dei ñ oz cauere de suo pēto vl' d̄ vitādo scādalo. iō illa ps pñie q̄ rōe istoꝝ addit i foro eccie. ñ hz locū i foro dei. Sic ecōuso si alicui i foro eccl'ie fuit minor iniūcta pñia q̄z requirat sua cl'pa. nisi āñq̄z moriat p aliq̄ bōa opa interioza l' exterioza supplet illd i q̄ cl'pa excedit pñiaz. tūc q̄ñ moriēdo intrat foꝝ dei hmōi defectꝰ pñie p pēnā purgatorij p̄ut ē format. ñ obstāte q̄ i foro eccl'ie dū vixit ñ tenebat ad pēnā gīuiorē. Ad sēdz dōm. q̄ sz maior sit ꝓa q̄ñ vtraq̄z ps p̄sentit i arbitrij tā q̄z i suū superiorē. sine exceptōe p̄mittēs tenere ratū q̄cq̄d p ipm fuit sniatū. tñ oppositū istoꝝ posito tē maior ñ ē ꝓa. Sic āt ē i ppositū. Nā sz iste arbit sit superior vna pte. s. ipo pēitēte. tñ ipe ē ifimior ē inferior altera pte. s. ipo deo. Etiā ipe deꝰ ñ p̄scit absolute i istū arbitrū. q̄z q̄uis i bō sen fit q̄ iste arbit p offēsa deo facta dz iniūgere pēnā. tñ ñ p̄scit i quālibet diminutōez pēne. Sz vult q̄ iste sacerdos ad modū samaritani cū oleo miscēdo ifundat vinū iustitie. Ad terciū dicēdū q̄ si sacerdos q̄ñq̄z rōabilibꝫ d̄ cauſ iniūgit maiorē pñiaz tñ exigat rigor iustitie. puta q̄z timet si magnā pñiam iniūgeret q̄ penitēs desperet. tūc saltē dz ei idicare q̄ztā pēnā deberz d̄ iure sustinere. ⁊ p ꝓns dz eū hortari q̄ pter hāc pñiaz exercitet se i bonis opibꝫ ad suū purgatoriū extiguēdū. sic ñ decipiet eū. sz potiꝰ cū debito moderamine reducet eū ad viā salutis eterne.

Ad.2.

Ad.3.

Quātū ad quartū articulū q̄ petit vtq̄ p idulgētias possit hō purgatoriū suū extiguere absq̄z alia satisfactōe ē adūtēdū q̄ cū li absq̄z sit ppositio exclusiua. igit vl' excludit i pposito determiate ⁊ pēitētiale satisfactōez q̄ iniūgit a sacerdote. l' excludit oēz actū hois q̄ diminuit pēna pēti. Et fm hāc pōno duas ꝓclusiōes. Pria ē. q̄ iuxta p̄imū modū exclusiōis pt purgatoriū hois totalit deleri absq̄z aliq̄ satisfactōe. Qz cui tm̄ remittit q̄ztū ipe tenet. ille vlteriꝰ ñ obligat. Sz multi sūt hoies q̄bꝫ p largitōez idulgētie tm̄ remittit q̄ztū ipi emēdare tenet. q̄ dato q̄ tl'es moriant pꝰ q̄z pficiāt satisfactōez a sacerdote iniūctā. nullū tñ sustinebūt purgatoriū. Maior ē d̄ se nota. Etiā minor ptz. q̄z dato q̄ aliq̄s teneat pēnā sustiere. x. ānoꝝ ⁊ ñ maiorē. ⁊ hꝰ tñ sibi fuit iniūcta a sacerdote. ipe immediate p̄git ad aliq̄z eccl'iaz. i q̄ cuilibet d̄bite ꝓtrito ⁊ ꝓfesso largiūt. x. āni idulgētiaꝝ l' pl'es. q̄bꝫ obtētis moriet eod die añq̄z iciplat pñiaz iniūctā ab ipso sacerdote. tē planū ē q̄p idulgētiā totū purgatoriū illiꝰ hois delebit. q̄z vt ptz ex supposito tot āni sibi remittūt ad q̄t ānos ipe obligabat. Sz ō istiꝰ rōis minorē ac cē ō ꝓclonē videt ē triplex opio. Prio em̄ hīs dictis obuiat error hereticoꝝ illoꝝ q̄ dicūt idulgētias nihil valere. Nd d̄ pt ex intētōe eoꝝ p̄bari sic. Spūale ñ pt pcio tpali cōpari sine simonia. Sz si indulgētia aliq̄d valeret. tūc emeret spūale p̄ re tpali. q̄z ill' dat idulgētia q̄ pōrigūt manꝰ adiutrices. P. si dz q̄ tpalia sbsidia sunt q̄ñq̄z valde neccaria. ⁊ iō lz sbueniētibꝫ dare idulgētia. Rñdet q̄ hꝰ ñ valz. q̄z sbsidia spūalia magis sūt neccaria q̄z tpalia. sz p spūalibꝫ sbsidijs ñ videt dari idulgētie. q̄ nec p tpalibꝫ dari debet. P. ex determiatōe diuīe iustitie cuilibet pēto taxata ē sua pēa. q̄ talis pēa ñ dimittet p aliquā idulgētiā. Ans ptz deut. xxv. vbi dz. q̄ fm mēsurā delicti erit plagaꝝ modꝰ. Cōsequentia pbat. q̄z sup illo ꝓbꝫ. q̄. ad Thi. q. c. sepz negare ñ pt. dicit glosa. q̄ deꝰ sepm negaret si dictū suū ñ impleret. P. q̄cūq̄z ē i feriorīs potētie ⁊ autoritatis ille ñ pt idl'gēdo flaxare hmōi pēnā ad q̄m sustinēdā obligauit ille q̄ ē superioris autoritatis. Sz deꝰ cui⁹ auctas ē oim supma absoluēdo penitētē a cl'pa ⁊ a pēa et̄na obligauit eū ad pēnā tpalē. q̄ pp ñ pt p idl'gētias hmōi

Articulus quartus.

Pria ꝓclo

Opio negās indulgentias.

1

2

3

4

5 pēnā ꝛlaxare. ⁊ ꝑ ꝯns oz ꝙ hō eā sustīeat vl'i hac
vita vel i alia puta i purgatorio. ¶ P. illō nō oz
fieri i ēcl'ia q̄ vilificat sacerdotal' ptās ⁊ tollit
pēnitēt' vtilitas. Sz absoluere hoīes a pēa satis/
factoria ē hmōi. ḡ ⁊c. Maior ptz. Probat mior
q: ex h̄ ptās iniūgent' aliquā pēnā vilificat ꝙ mo
d⁹ ⁊ via ꝑtēt vt illō qd iniūctū ē nō īpleat. Sz ꝑ
idulgētias ꝑtēt via hoīb nō faciēdi illō qd iniū
ctū ē eis a sacerdotib. q: p̄dicat ꝙ ꝑ idulgētiā re
laxet iniūcta eis pēnia. ¶ Ptz ec̄ scda ꝓs minoris
q: ꝑ h̄ ꝙ hoīes ꝓficiūt iniūctā eis pēniaz īpi assue
scūt ꝓtuose opari ⁊ faciliꝰ pēnt cauere d̄ futo pēto
Cōtra hāc opinionē. qd ē valde vtile īpi homī. Sz ⁊ istō tollit ꝑ idul
gentiā. ḡ ⁊c. ¶ Ista nō ꝯcludūt. Q: ecl'ia vniū
1 sal'ē errat. sic ptz i glo. sup illo ꝓ̄ xpi Luc. xxij.
Ego ꝑ te rogaui petre vt ñ ꝑficiat fides tua. Sz
2 vniūsal'i ēcl'ia p̄dicat idulgētia a sūmis pō/
tificib ⁊ etiā ab alijs ēpis donata. ¶ P. apl's. ij.
ad Thor. c. ij. videt ꝑdisse idulgētias vbi ait. Et
ego donaui si qd donaui ꝓpt vos i ꝓsona xpi vt
nō circūueniamur a sathana. vbi glosa exponēs
h̄ ꝓbū i ꝓsona xpi ait. i. ac si xps donassz. Sz pla
nū ē ꝙ xps ꝑt dare idulgētias recōpēsantes iniū/
ctā pēniaz. Si igit apl's q̄ ēpalez gradū tenuit ꝑ
dit idulgētiā. ḡ etiā sūmꝰ pōtifex ꝓ̄ ꝑt dare idul
gentiā. Ipe ēm ē vniūsal' ⁊ cū h̄ imediatꝰ dispēsa
tor spūalis thesauri q̄ i ecl'ia ēcl'ia ēgregatꝰ ē ex eo
qd supfuit sctis. sufficiēter salutis his q̄ emēdare
ꝑuerūt. Nec ēm ē intētio sctōꝝ vt talib spūali
bꝰ bonis sbueniat xpi fidelib. In q̄ etiā thesauro
recōdit meritū dñi nr̄i ihu xpi q̄ nihil tenebat sol
uere. q: peccatū nō fecit: nec inuentꝰ est dolꝰ i ore
eiꝰ. ⁊ ideo toto suo merito nr̄e pauptati ꝑ indul/
gentiaꝝ largitionē poterit sbuenire a sūmo pōti/
fice. q̄ vt dictū ē vniūsal' dispēsator ē istꝰ thesau/
ri. ptiales ꝓ̄o dispēsatores sūt ēpi. ⁊ nll'i alij ꝓlati
tenētes gradū iferiorē īpis ēpis. Propter qd etiā
Solutio. summꝰ pōtifex ēpos appellat frēs. inferiores ꝓ̄o
Ad. 1. ꝓlatos solet filios appellare. ¶ Ad p̄mū motiuū
adducū ꝑ ista ꝓuersa opione d̄ōm ꝙ mior nō ē
ꝓ̄a. Ad ꝓbatōez d̄ōm q̄ idulgētia ñ dat ꝑ re tpa
lis sistēdo i ipa re tpali. sz dat ꝑ tpali in ordine ad
spūale. puta dat porrigentib manū adiutricē vt
ꝯstruat ecl'ia ad ꝓficiēdū i ea diuinū officiū. ⁊ ce
tera ad laudē dei spectātia. Vl'dat q̄ñq̄z ad oppr̄
mendū iimicos ecl'ie. vt fideles pacifice possint
Ad. 2. deo ꝓuire. ⁊ sic d̄ alijs. Ex q̄ ptz ꝙ h̄ nll'a ē sūmōia
q: ñ sistit i ipo tpali. ¶ Ad scd̄m nego mior. q:
vt plurimū dant idulgētie his q̄ audiūt d̄uote p
dicātōnes religiosoꝝ. ¶ Dant ec̄ q̄ñq̄z idulgētie i
aliq̄b ecl'ijs his q̄ audiūt missas i eis. ¶ Etiā vr
banꝰ q̄rtꝰ ꝑdit indulgētias i festo corpis xpi ⁊ p
octauas his q̄ iterfūt diuīs officijs. Etiā inocē
tiꝰ q̄rtꝰ ꝑdit idulgētias. x. diez cuilibet q̄ orat p
rege frācie. Ex q̄b oīb appet falsitas illi⁹ mior'
q̄ d: ꝙ idulgētia ñ dat ꝑ spūalib. Patz ec̄ ꝑ vlti
mū exēplū. s. de rege ꝙ ec̄ dat ꝑ spūalib sbsidijs.
¶ Ad terciū d̄ōm ꝙ dimitti pēnā quā diuia iusti
cia taxauit ꝑ cl'pa ꝑt dupl'r itelligi. Vno mō ab/ Ad. 3.
solute. Alio mō ꝯmutatiue. puta ꝙ pēa vniꝰ dat
ꝑ pēa alteriꝰ autoritate illiꝰ q̄ ꝑt facere hmōi cō/
mutatōez. Prio mō ñ dimittit pēa ꝑ idulgētiā.
sz scd̄o mō. Nā d̄ merito passiōis xpi ⁊ martirū
suoꝝ. ac ceteroꝝ sctōꝝ soluit pēa taxata ꝑ pēto qñ
ꝑ idulgētias d: pēa dimitti. Et iō negāda ē ñtia
Ad ꝓbatōez d̄ōm ꝙ deꝰ isto mō iplet dictū suū.
q: Fuat iustia eo mō q̄ vnꝰ salua iusticia ꝑt ꝑ alio
satisfacere. ¶ Ad q̄rtū d̄ōm ꝙ sz ille q̄ ē iferior' po
tētie ñ possit ꝓtute ꝓpa absolute ꝛlaxare illud ad Ad. 4.
qd obligauit ille q̄ ē supior' potētie. tm̄ ꝓtute sibi
ꝯcessa ab illo q̄ ē supior' potētie ꝑt ꝑ illo q̄ obliga
tꝰ ē soluere d̄ thesauro cuiꝰ dispēsatō sibi dinoscit
ec̄ cōmissa. sic ēt ē i ꝓposito. vt ptz ex p̄missis. ¶ Ad Ad. 5.
quintū nego mior. accipiēdo absoluere mō q̄ ia
dcm̄ ē. puta vnū ꝑ alio soluere. Ad p̄mā ꝓbatio
nē d̄ōm ꝙ sz mior sit ꝓ̄a qñ dat via ꝙ n' i se n' i
suo ēqualēti īpleat qd iniūctū ē. tm̄ ñ ē ꝓ̄a qñ sic dat
via ꝙ ēqualēter īpleat. sic fit ꝑ idulgētias vt p̄dcm̄
ē. ¶ Ad scd̄az ꝓbatōez d̄ōm ꝙ cuilibet q̄ exoluit
suā pēniaz ꝑ sibi largitā idulgētiā ē ꝯsulēdū ꝙ cō/
pleat ec̄ pēniaz a sacerdote sibi iniūctā. ꝓpt cās ta/
ctas i ipa ꝓbatōe. ac ec̄ q: ml'ta sūt pēta q̄ꝝ q̄ñq̄z
mēoriā ñ hēm⁹. igit ne ꝑ talib gūē pēnā i purga
torio sustīeamꝰ. debemꝰ pagere pēnias nob iniūctas
vt indulgētie nob succurrāt ꝯ ea q̄ pati tenemur
ꝑ hmōi pctis. Dato tm̄ ꝙ d̄ licētia ꝯfessor' hō in
iūctas pēnias recōpēset idulgētijs. adhuc bn̄ ꝑt
ꝯtingere ꝙ tal' hō ex ꝯsideratōe passiōis d̄ñi nr̄i
ihu xpi. ⁊ ceteroꝝ sctōꝝ. cuiꝰ passiōis merito satis
fit ꝑ ipo. maiorē grāz ⁊ charitatē ꝛcipiat. q̄z si pēi/
tētiā sibi iniūctā i ꝓpa spē absq̄z idulgētijs ꝓfecissz
Et q: ꝑ augm̄tū grē ⁊ charitatis hō ꝛcliat ad opa
ꝓtuosa. ⁊ diminuit i eo ꝛclinatō ad vicia ñ min⁹
q̄z ꝑ assuefactōez bonoꝝ operꝝ. iō penitēt' vtilitas
ñ tollit ꝑ idulgētiā. sz magis ꝓmouet. ¶ Scd̄a opi Opinio se
nio p̄dcis ꝗria ē. q̄ pōit ꝙ q̄z̄uis idulgētia valeat cunda.
ad tollēdā pēnā ad quā sustinēdā i h̄ mdo sacer/
dos obligauit penitētē. tm̄ ñ valet ad exoluēd pe/
nā quā q̄l mereat pati i purgatorio ꝓm dei iudiciū
Sz isti videt ꝓpriā vocē ignorare. q: q̄libet xpia
nꝰ tenet credere ꝙ pēa satisfactoria iniūcta a sacer
dote ꝯfessore vel z pēnā purgatorij. ⁊ h̄ vl'i toto si
fuit ꝯdigna diuīe offense. l'saltē i ꝑte si fuit citra
ꝯdignā. ḡ si idl'gētia valet ad tollēdā pēnā ad q̄m
sacerdos obligat ih̄ mdo sustinēdā. sequit ꝙ ꝑ cō
seqns idulgētie valeat ad tollēdā pēnā i purga/
torio sustinēdā. ⁊ sic ꝓtute illiꝰ qd ipi ponit ⁊ af/
firmāt. sequit positio illiꝰ qd ipi negāt. ¶ Tercia Opio ter/
opinio ē q̄ ponit ꝙ q̄z̄uis indulgētie valeat ad sa cia.
tisfaciēdū d̄ iniūcta pēnia a sacerdote ac etiā ad vel
dū purgatoriū. tm̄ nō valet tantū q̄tū ꝑnūciant
⁊ ꝓdicantur valere. sz vnicuiq̄z tantum valen

quātū fides ⁊ deuotio sua exigit. ¶ Et si dicit istis quare plati eccl'ie maiorē indulgentiā pnūciāt qz valeat. ¶ Rīdet q ad hēc eccia tm valorē pnūciat. vt qdā pia fraude filios suos ad bñfaciēdū allicīat. sic mr̄ pmittēs filio p nulo pomū. ipm ad ābulādū puocat. qzuis totū pomū sibi ñ tribuat// Sz nec istd valet. qz ista ñ eēt pia fraus. sz potiꝰ crudel' ⁊ ipia q hō sic dcipiēt. q acerbissima pēa remaneat obligatꝰ qñ credit eē penitꝰ absolutꝰ. Sic āt eēt in p posito. qz hō rōe idulgētie sibi facte posset qñ qz tm d iniūcta sibi pnia omittere qztū sonāt idulgētie. ⁊ tūc si ñ valerēt idulgētie tm qztū sonāt. tūc ad tm purgatoriū iste maneret obligatꝰ qztū idulgētie minꝰ valēt quantū sonāt.

Cōtra opinionem. 1

2 ¶ Preterea eccl'ia dei i pson plati dātis idulgētias. ⁊ i pson pdicatoris denūciantis idulgētias neq qz possz a mēdacijs excusari. qd esset valde piculosū. qz sic ait apl's. i. ad Thor. xv. Si inanis ē pdicatio nra. ianis ē ⁊ fides nra Uñ istis fictoribꝰ dicere possumꝰ illd ꝗ bū iob xiij. Nūqd deꝰ indiget mēdacio vro vt p ipo loqmini dolos ¶ Sz forte p ista ficta opione dicēt. si idulgētie valerēt tm qztū sonāt. tē alias d sua malicia pm ordinatōez eccl'ie qñqz reportarz lucz seu cōmodū. Falsitas ꝛñtis ptz Probatō ꝛñtie. qz qñqz pnūciāt idulgētia d remissiōe tercie ptz oiz pctōz. tūc dato q vnꝰ ppter magnā suā malicia teneat obligatꝰ ad pēnā sustinēdā trecētoz annoz. alter ꝗo bonꝰ hō ppter aliq vēialia pēta obligatꝰ ē ad pēnā triū diez. tūc ille q valde malꝰ fuit ꝛseq rmissionē pnie cētū ānoz. ⁊ ille bonꝰ hō tm modo hēbit remissionē vnꝰ diei. ¶ P. veniēs p cētū dietas ñ hret maiorē rmissionē qz ille cuiꝰ domꝰ eēt ꝛtigua eccl'ie i q hmōi idulgētie fore pnūciant. qd videt inconueniēs ¶ P. i ciuitate spirēsi ē qdā pua eccia q appellat sanctuz sepulcz. in q ondit patētibꝰ lris papalibꝰ septē papaz q q̄libet eoz relaxat septimā partē pnie oibꝰ q ꝛfessi ⁊ ꝛtriti veniūt ad illā eccia z i festo diuisiōis apl'oz. q si idulgētie tm valēt qztū sonāt. tūc q̄libz illa die veniēs ꝛtritꝰ ⁊ cōfessus ad iā dictā eccl'iaz. eēt absolutꝰ a pena ⁊ a culpa. ⁊ sic tāta eēt ibi idulgētia sicī āno iubileo i eccl'ia scī petri. vl' i passagio vltramarino. qd oio inconueniēs eē videt. ¶ Sz his ñ obstātibꝰ dico q idulgētie tm valēt qztū sonāt. dūmō hec tria ꝛcurrāt. s. ex pte dātis auctoritas. ex pte suscipiētis charitas. ⁊ ex pte cāe ꝛgruitas seu rationabilitas. Et appellat tūc causa p qua dant indulgentie rationabilis. quādo ex hoc pmouetur honor dei ⁊ vtilitas ecclesie. ¶ Ad primum nego cōsequentiam.

Instantia 1

Solutio Ad. 1.

Ad pbatōez dōm q illd lucz puta illā remissionē ñ reportaret ex sua malicia. sz ex dei mia ¶ Etiā dato q ille bonꝰ hō solū vnā die ꝛsequtur d remissiōe. tm magnū bonū pt ibi ꝛseq p modū meriti. qz ñ solū i naturalibꝰ. vez etiā i spūalibꝰ ꝛificat illa ppositō arestō. ij. d aia. q dicit. actꝰ actuoz sunt i patiēte ⁊ dispōsito. ⁊ iō fm q ille bonꝰ hō ē melꝰ dispōsitꝰ. fz hēc eod actu q vadit p idulgētias pter illā remissionē quā ꝛseqt. ex spēali deuotōe pt mereri augmētū sui pmij essential'. ¶ Ad secdm dōm q qñqz idulgētie indistincte largiunt. ⁊ tūc nō plhz d rmissiōe q d lōginq veit. qz ille q ꝛtiguꝰ ē eccl'ie. vl' etiā qz clerici q spectāt ad illā eccia z i q grēde sūt hmōi idulgētie. lz ille q d rmotz veit rōe maioris laboris ⁊ deuotōis mereat aliqd d pmio cēntiali qd alter nō mereat. Sz qñ largitoz idulgētie distinguit iter d remotz venientē ⁊ de ppe. tūc plꝰ recipit ille qz iste. Verbi grā. Papa i remissionibꝰ aliqbꝰ ill' q transeūt mare dat. v. ānos. ill' q trāseūt mōtes tres annos. ceterz aūt vnū annū. ¶ Ad terciū nego ꝛntiā. qz ñ ē sic itelligēdū q q̄libet illoz septez papaz remittat septimā ptē totiꝰ pnie. sz solꝰ primꝰ remittit septimā ptē totiꝰ pnie. secdꝰ ꝗo remittit septimā ptē illiꝰ qd remāsit post pmā remissionē. ⁊ terciꝰ remittit septimā ptez illiꝰ qd remāsit pꝰ secdaz remissionē. ⁊ sic deinceps vsqz ad septimū papā. ⁊ ille remittet septimā ptē eiꝰ qd remāsit pꝰ sextā remissionē. Et q̄ pz q postqz q̄libet istoz septē papaz rmisit septimā ptē pnie. adhuc rmanet sex ptes illiꝰ totiꝰ qd remāsit pꝰ sextā rmissionē factā p sextū papā. Et iō nō ē sil'e d indulgētia āni iubilei vel passagij vltramarini. supposito q i talibꝰ plena fiat rmissio ab oñi pena ¶ Mlte alie opiniones sūt circa istā materiā. qs recitat glosator. extra d pe. ⁊ remis. sup. c. Qd āt. qs cā breuitatz ad psens ñ adduco. ¶ Cōclusio secda ē q hō p acq̄sitōez idulgētie nō pt totū suū purgatoriū extinguere absqz aliq satisfactōne. puta absqz excludit omnē actū nostrū q remittit seu diminuit pena debita p peccato. Qz nihil pt excludere illd qd necario psupponit. Sz remissio q fit p indulgētiā necario psupponit rmissionē q fit p penitētz ꝛtritōez. q ꝛc. Maior ptz. Probat mior. qz cū nullꝰ mortal' peccator sit capax idulgētie. oportz q remissio q fit p idulgētiā psupponat ꝛtritōez q mortal' peccator iustificat. ⁊ p ꝛñs psupponit aliq̄lē remissionē seu diminutōez pene debite p pēto. qz sicut ptz ex dictz supꝰ. magz ps illiꝰ pene remittit i ꝗa ꝛtritōe. ¶ Sz ꝗ fūdamētū istiꝰ rōis q dz. q nullꝰ extrīs i pēto mortali ē capax idul

Cōtra opinionem. 1

Secunda ꝛclusio

Instantia 1

gētie. q̃dā arguūt sic. Ubi ē maior indigētia, ibi magis hz locū miscēdia z idulgētia. Sz hō exñs i pēto mortali maiorē patiēt idigētiā q̃z ille q̃ caret pēto. g̃ ꝛc. ¶ P. pēto mortali ñ obstā te hō pt dare idulgētias. g̃ ñ obstāte pēto mortali hō pt recipe idulgētias. Añs ptz. qz dato q̃ papa eēt i mortali pēto. tñ ipe possz dare idulgētias. Probat ꝓntia. qz cōditio agētis dz ē nobilior cōditōe patiētis. Nā oē agēs p stāns ē patiēte. vt dz. ij. d aīa. g̃ si vilitas mortal' pēti ñ repugt facieti idulgētias. seq̃t q̃ nec repugnet recipiēti. ¶ Ista ñ ꝛcludūt qz sicut mēbr mortuū nulla suscipit influētiā a ceteris mēbris viuis. Sic q̃ diu manet hō i mortali pēto ñ pt suscipe idulgētiā q̃ dat ex influētia et dispēsatōe meritorū viui capitis. s. xpi z viuorū mēbrorū oīm. s. sctōrū illi viuo capiti viuacitez adherētiū. ¶ Ad p̄mū dōm q̃ maior ñ ē ꝓ. vbi maior indigētia stat cū dispōe opposita ad maiz z idulgētiā. Ad maiorē dōm q̃ iz mortal' pētor maiorē indigētiā hēat. tñ min⁹ ē disposit⁹ ad recipiēdū idulgētiā q̃z ille q̃ ē sine mortali pēto. ¶ Ad scdm nego ꝓntiā. Ad pbatōez dōm q̃ q̃z uis ille q̃ agit p̄ncipal'r z ex ꝓpa virtute effluit aliquē effectū sit pstantior patiēte. tñ h̄ nō ē necē d eo loq̃ndo q̃ misterial'r dispēsat aliquē effectū. ñ d suo sz d alieno sibi tñ cōmisso thesauro. sepe ei bon⁹ dñs dat bonū dorū bono subdito. p manū mali mistri. Sz pp vl' eps dās idulgētias ñ dat de suo merito. sz dat d merito xpi z sctōrū sibi ad dispensandū cōmisso. g̃ ꝛc. ¶ Ad argumtū p̄ncipale dōm q̃ iz igrantia iuuincibil' excuset a pēto z a pena etna. tñ ñ sp excusat a pena etiā tpali. dato eēm q̃ hō tradiderit obliuioni z ignorātiā inuincibilē habeat d mlēs mortalibꝫ pētis q̃ diebꝫ suis cōmisit. tūc de⁹ ñ tradit eū eternalibꝫ penis eternal'r puniēdū. tñ ñ obstāte hmōi obliuione de⁹ puniet eū. p hmōi pētis in purgatorio pena tpali. si i h̄ mūdo ñ satisfecerit p largital' sibi indulgētias vl' alijs ꝓtuosis actibꝫ z opibus pietatis.

2

Contra

Solutio Ad. i.

Ad princi pale argu.

¶ Distinctio vicesima p̄ma.

Solet etiā q̃rī

Post q̃z mgr determiauit d pētorū remissiōe q̃z tū ad statū p̄ntis vite. nūc i ista. xxi. dist. incipit tractare d eadē remissiōe q̃z tū ad statū vite future. Et diuidit i duas ptes. Nā p̄mo ostēdit i vita futa aliq̃z pētorū fieri remissiōez. Scdo d̄clarat q̃dā obfuāda i hac vita circa ꝓfessionē. ibi. Post hꝰ ꝓsiderādū ē. Pria i duas. Nā p̄mo circa veniaiū pētorū rmissionē q̃ fit i alia vita pōit sua z determiatōez. Scdo ꝓ hmōi determinatōez adducē z tollit duplicē obiectōez. ibi. Dic obiici pt. Prima i duas. Nā p̄mo oñdit q̃ q̃dā pēta i vita futura relaxant Scdo quo hmōi pētorū q̃dā i purgatorio cruciant⁹. q̃dā ꝓ tardius expurgāt. ibi. In illo aūt igne. ¶ Seq̃t illa ps Dic obiici pt. Et diuidit i duas ptes fm qd adducē duplicē obiectōez. q̃z cuilibꝫ adūgit sua solutōez. Scda ibi. Sz forte dicis. ¶ Quē seq̃t illa ps. Post hec ꝓsiderādū. Et diuidit i tres ptes. Nā p̄mo ostēdit q̃ pēta z qlis sint ꝓfitēda Scdo d q̃bꝫ pētis ñ ē ꝓfessio faciēda Et tercō quo pēta sacerdoti ꝓfessa sunt ab eo sb sigillo secreti tenēda. z ppetue sb ticēda. puta n⁹ signo nutu l' ꝓbꝫ pdēda. Scda ibi. Sicut āt penitēs. Tercia ibi. Caueat āt sacerdos. ¶ Hec ē diuisio z ínia istī⁹ distinctōis i generali. circa quā i spēali q̃ro hāc q̃stionē.

Qz sacerdos illd qd scit p ꝓfessionē teneat i oī casu sb secreto tenere. ¶ Et videt q̃ nō. Qz ad h̄ ñ obligat sacerdos qd ñ pt obruare sine mortali pēto. Sz i aliq casu sacerdos mortal'r peccaret. si illd qd scit p ꝓfessionē ñ reuelaret. g̃ ꝛc. Maior patz qz nullꝰ obligat d necēitate salutis ad illd qd necessario iplicat mortale pētm. Minorē pbꝫ sic. Ponat q̃ aliqs tyrānꝰ faciat solēnit iurare sacerdotē d dicēda ꝓtate quā noscit sup his q̃ q̃ret ab eo. q̃ sco. q̃ret tyrānꝰ vtz ipe sciat q̃s iterfecerit hoiez q̃ tali die secrete fuit occisus. Nō posito q̃ sacerdos h̄ sciat i ꝓfessiōe. si ñ ruelat tē erit puir⁹. z p ꝓns mortal'r peccabit ¶ In ꝓriū ē mgr h̄ i lra. z cōis sctōrū doctrina. Dic p̄mo videdū ē d p̄ncipali q̃sito. ¶ Secūdo ad q̃d valeat general' ꝓfessio. ¶ Tercio videda sūt aliq d igne purgatorio ¶ Et q̃rto quo aliq pēta remittūt i alio mūdo. De his ei oibꝫ i ista distictōe fit mētō mō tñ ꝓtrogdo

Quantū ad primū

Articulus primus.

pt distīgui sic. Qz aut sacerdos illd d q̃ q̃rit p cise noscit p sacrālē cōfessionē sibi factā. aut ñ pcise. puta qz noscit p ꝓfessionē. z etiā alio mō Si pcise p ꝓfessionē. tūc aut hz licētiā a ꝓfitēte q̃ illd possit reuelare. aut ñ hz hmōi licētiā ¶ Et sic iuxta mēbra istī⁹ distinctōis pono tres ꝓclusiones. ¶ Pria ē hec q̃ illd qd sacerdos pcise z ñ alit noscit q̃z p ꝓfessionē. hoc nō pt reuelare sine mortali pēto. Qz q̃ñ aliq d est ꝓ iure nature. ꝓ autoritatē legis diuine. z cōtra statutū sancte mris ecclie. h̄ nullꝰ potest

Pria ꝓclo

Ratio.